

Johann Quistorp

Nebo, undé Tota perlustratur Terra Sancta, In quem, Sacrarum literarum Cultores

Rostochi[i]: Richelius, 1663

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72972557X>

Druck Freier  Zugang



Fc

4206

Fc-4206.

106. p.
NEBO,
undè
Tota perlustratur

TERRA
SANCTA,

In quem,

*Sacrarum literarum Cultores,
provocat*

JOANNES QVISTORPIUS,
D. Theol. Prof. & Past. Eccl.
Cathedralis.

ACAD. RECTOR



ROSTOCHI

Impensis Johannis Richelii,
Senat. Typographi.

Anno cIdo Idc Lxiii.

Se-4206. 1663

Exc
Bibliotheca
Academiae
Rostochianae



Theologiae Studiosis,
In
Universitate
ROSTOCHIENSI,

Sal.

Exhibeo vobis, dilectissimi Filii spirituales, TERRAM SANCTAM. Quotquot his visis, lectis & intellectis, mox se ad scrutinium Biblicum conferent, deprehendent pl. in via, plana iis esse. Hac enim ocularis inspectio, Commentarii loco Vobis esse poterit. Favete & Valet.

V.

Job Quistorpius, D.

T *Aleſina* ſeu *Terra Sancta*,
 eſt illius Promiſſionis figura,
 quam in Cœlis expectamus;
 quod ipſum perpendens *Hieronymus*,
 eam totam obiit ſolicitus; qui idem
 in *Epitaph. Paula* refert, eam ægram,
 tanto tamen ardore ſingula paſſionis
 Chriſti veſtigia, Patrum item in V. T.
 B. Virginis, Apoſtolorum ac Marty-
 rum percurſiſſe, ut illos quaſi coram
 oculis cernere & complecti videretur.
 Nos idem iter longè minori conficie-
 mus moleſtiâ. Quando ergò multum
 poſitum eſt in hujus Terræ S. noti-
 tiâ, ſciamus oportet, quorum hic tum
 oculatorum teſtium, tum accuratio-
 rum antiquitatis ſcrutatorum ope in-
 digeamus. Atque illi quidem ſunt in-
 primis *Joſephus*, *Hieronymus*, *Egeſippus*,
Plinius, *Ptolomæus*, *Strabo*. Item *Hodæp*,
Wilibaldus, *Gvilielmus de Baldenſelin* vi-
 nerario, *Rodolphus de Fruminsberg*, quos

omnes in antiq. lect. citat *Hinricus Canisius*: *Bredembachius*, *Saligniacus* & *Brocardus*, qui hanc Terram inhabitaverunt, perlustrarunt, & oppidatim sunt dimensi. *Brocardum* seu *Borchardum Monachum Germanum*, qui per integrum decennium Palæstinam ipse anxie perlustravit, sequitur in *Theatro suo Terræ Sanctæ* & *Christ. Adrichomius Delphus*: Qui, quibus aliàs insignibus fuerit usus Autoribus, ipse recenset in *Theatro suo extremo*. Neque prætereundi sunt *Arias Montanus in Chaleb*, *Wolfgangus Wissenburgius*, *Jac. Zeiglerus* & *Michaël Alzingerus*, qui veterem Palæstinam peculiaribus libb. descripsere; nec laude suâ caret *Christoph. Heidmannus Prof. Helmstadenſis* *Orontius Fineus Delphinus*, Tabulam primam, ut titulus habet, ad utriusq; Testam. intelligentiam, concinnavit. Omnibus mappis representantibus Terram sanctam, facile palmam præripit, alicujus *Judæi Jacobi, filij Rabbini Abrahami Justi* Tabula, quam sculpsit *Abraham Goos Amstelod.*
addi-

additis Ebraicè ipsis nominibus Sacræ
Script familiaribus: Quà qui rectè uti
vult, adhibeat clavem, typis *Johannis*
Georgii, Hamburgi Anno 1633, excusam.
Christianus denique *Schrott* adorna-
vit tabulam, quam nuncupat *Peregrina-*
tionem fidelium DE I.

De Nominibus Terra Sanctæ.

Dicitur ea primò *Term Canaan*, à
Canaan, nepote *Noe* ex filio *Ham*.
Græcis autem *Canaan* & *Phœnicam*
idem esse, indè patet, quod *Exod. XVI.*
v. 35 pro *Canaan* ponitur in *Versione*
LXX. Phœnicia, & *Jos. V. 1.* ista verba:
Reges Cananaeorum, LXX. reddunt,
οἱ βασιλεῖς τῆ Φωνικῆς. Possedit au-
tem iste *Canaan* cum suis posteris, hanc
Promissionis terram, usque dum eos.
dem *Israelitæ* indè expulerunt. Etiam
vox *Canaan* appellativè sæpè, pro mer-
catore seu negotiatione sumitur in
Sacris.

Secundò, quandoque & *Palestina*

4 DE NOMINIBUS
in Bibliis dicitur, quod nomen idem
est cum *Philistæa*, seu terræ Philistæo-
rum, gentium maritimarum & for-
tissimarum, estque appellatio synec-
dochica. Vox פלשת, Hebræis idem
est, quod pulveribus se conspergere:
quæ ceremonia luctus symbolum e-
rat. LXX. plerumq; vertunt ἄλλο-
φύους; Alienigenas, quod ab Israelitis
moribus & religione essent alienissi-
mi. Et Palæstini, ob monstruosam
corporis molem, aliis populis erant
dissimiles.

Terræ hujus *incole*, priusquam Ea à
Josua occuparetur, erant septem Po-
puli, *Cananei, Amorrhæi, Hetthæi, Jebu-
sæi, Gergesæi, Hevæi & Pheresæi.*

Tertio, appellatur quoque *Terra san-
cta*, quia eam DEUS sua præsentia san-
ctificavit, ita ut sedem quasi ibi fixisse
videretur. *Sancta* merito dicitur, fuit
enim SS. Patrum colonia, Filium DEI
in carne nascentem excepit, natum
aluit, sedenti solium, oranti scabel-
lum,

sum, quiescenti culcitra fuit; vivum portavit, mortuum suis visceribus triduum complexa est; tum denique Prophetæ & Apostoli, eam doctrinâ & miraculis illustrarunt. Et sanè vix pedem aliquo colloces, quin memoria occurrat alicujus rei sanctæ.

Porrò & *Terra Promissionis*, das gelobte Land/ dicitur, eò quod DEUS Abrahamo, Isaaco, & Jacobo ante aliquot secula promiserat, fore ut posteri illorum eam Terram possiderent.

Denique & *Terra Judææ* appellatur, idq; à *Juda* filio Jacobi, cui principatus in testamento Patris cesserat. Aliàs strictiùs loquendo, *Judæa* dicta est ea pars Terræ promissæ, quam Reges Judæ possidebant, separatione à Regibus Israël factâ; seu, quam sors per Josuam unæ tribui Judæ destinaverat. Ex illo tempore, ubi decem tribus Israelis à tribu Judâ & Benjamin defecissent, illarum X. Tribuum terra, dicta est *terra Israelis*, ab atavo incolarum Jacobo seu Israël. Peculium autem tribus Judæ

A 4

& Bez-

6. DE NOMINIBUS.

& Benjamin terra *Judæ* seu *Judæa*, *Ezech. XXIII, 4.* Regnum Israel dicitur *Abola* seu tentorium suum, regnum *Judæ* *Aboliba* seu tentorium meum: Nam illud templo Domini non adhaerebat amplius, sed fatentibus ipsis incolis *I. Reg. XII, 16* suum sibi tentorium seorsim habebat: Hoc verò possidebat adhuc templum Domini Hierosolymæ, in quo ipse habitabat, *ef. fato Abiæ, II. Paral. XIII, 8.*

Postquam Judæi & Israelitæ captivi Babel deducti sunt, ad N. T. usque tempora, divisa est hæc Terra in tres partes, *Judaam, Samariam & Galileam*: Illius caput erat Hierosolyma: Istius Samaria, quæ nunc Sebaste dicitur.

Ea Terra tota fuit pars *Syrie*, perinde, ut Ducatus Mecklenburg. Pomeraniæ & Holfatiæ sunt partes Germaniæ. Id habet in *init. descript. Loc. Terra Sanctæ Brocardus*, ejus, quam *C. Puccerus Witeb.* An: 1579. edidit. Verba hujus p. 210. & 211. sic habent? *Syria, ut reliquæ magnæ nationes, in multas scinditur*

ditur particulares Provincias: & quidem
 tota ea Regio, quæ est à Tigride fluvio usq;
 ad Ægyptum, generali vocabulo Syria nuncupatur. At ea pars & tractus, qui inter
 duos illos insignes fluvios Euphraten & Tigrin est, dicitur Ebraicis *Anam Naharoth*
Syria fluviorum, quæ Græco nomine *Mesopotamia* nuncupatur, quod media inter a-
 quas (Tigridis & Euphratis) interjace-
 at: Deinde est alia pars Syria, quæ *Cale-*
vocatur, incipiens ab Euphrate flumi-
 ne, & desinens in rivum *Valania*, flu-
 itq; in mare Mediterraneum. Rursus
 est *Syria Phœnicis*, quæ versus Aquilone-
 nem terminum habet *rivum Valania*,
 & extenditur usque ad *montem Carmeli*,
 seu *Castrum peregrinorum*: Est & al-
 lia pars *Syriæ*, quæ *Syria Damasci* nuncupatur,
 cujus Metropolis est *Damascus*, quæ eadem
Syria Libanica à *Libano monte* dicitur; Nonnunquam &
Syria Mesopotamia, & *Syria Damasci* i-
 dem sunt: Nam & *Damascus* inter
 duo flumina *Abana* & *Pharphar* sita
 est: Quo ref. verba *Psal. LX 2.* quæ

§ DE LONG. ET LATITUD.
de Syriâ Damasci exponi debent. II.
Sam. II. 6. per Mesopotamiam hæc
ipsa Terra intelligitur: neque enim
David unquam subjugevit Syros, inter
Tigrim & Euphratem habitantes. Se-
quitur *Palestina*, etiam pars Syriæ, in
tres scissa Regiones: Una est *Palestina*
absolutè dicta, habetq; metropolim
Hierusalem; extenditurq; usque ad
mare Mortuum & desertum Cades-
Barne. Alia est *Palestina Cesarea*, in-
cipiens à Castro peregrinorum, & ex-
currens versus Austrum Gazam usque:
Tertia dicitur *Palestina Galilee*. Ven-
dicat sibi quoque Syria nonnihil de
partibus Arabiæ, &c.

De longitudine & latitudine Terre Sanctæ.

Cerhard. Mercator in *Atlante Min.*
statuit longitudinem hujus Ter-
ræ esse LXVII. milliarium, à monte
Libano usque ad desertum Pharan;
ejusque latitudinem à Mediterraneo
mari

TERRÆ SANCTÆ. 9

mari, ad Jordanem fluvium XVI. quandoque XIX. milliarium seu horarum: At alii non ultra XL. millia-ria ejus longitudinem, neque ultra XI. ejus latitudinem extendunt. Quod si quis, & Ammonitarum & Moabitarum accensuerit terras, occupatas à Tribb. Ruben, Gad & Manasse. Latitudo ejus erit XV. milliarium. *Hecat. Abderita apud Joseph. lib. 1. contra App. ait, hanc Terram continere περι-γορίας μωαβιτῶν & ἀμμωνιτῶν.* Verbo DEI, extendit se, à Dan termino aqvile-nari, ad Bersabe Austrum versus.

Cœterum fuit ea regio fertilissima, ut apparet ex *Deut. II X. 7. 8. II. Reg. XII X. 32.* Libera boum ob nimiam abundantiam non emulsa lac stilla-runt; ex arborum cavernis, ob nimi-am mellis copiam, spontè mel proflu-xit. *Eurip. in Bacch. idem de eo Solo judicat: Campus, inqviens, fuit lacte, fuit vino, fuit apum nectare: fumus au-tem inde spirat, ut eburiis Syriaci.* Quan-do vs.

dò verò *Strabo l. 16. Geog. sterile & aridum Hierosolyma Solum nominat*, de iis temporibus loquitur, quibus DEUS ob peccata totam ditionem punivit: Et *Hieronimus* testis est, durante captivitate Babylonicâ Judæam nullas produxisse plantas, neque avem aut piscem ibi ob DEI maledictionem, vivere potuisse.

Rari in hac Terra, ut in terris meridionalibus fieri assolet, imbres sunt; Interim solum uber est, nam DEUS cum per irrigationes fluvii Jordanis terram exsiccata[m] humectat, tùm liquido insuper rore perfundit.

De Aquis Terra Sanctæ.

NON desunt huic Terræ, Aquæ notabiles: Estq; primò *Jordanis fluvius*, qui ipse à Libano ad desertum Pharan seu ad montes Seir profluit, quem minus recte, censet esse centum circiter milliar. *C. Adrichom. pag. 109.* Nomen obtinuit à duobus fontibus *Jor*
&

& Dan, qui in unum alveum derivati, huic fluvio dedere nomen: accuratius verò originem ejus investigantes, statuunt eum fontem *Phialam*, (nomen sortium Græcum à figura; qui quoniam à Nilo multum distat, tamen eo exundante tumescit) autore enim Tetrarchâ Trachonitidis Philippo, missæ in Phialam paleæ, repertæ sunt apud Panium, fonti Dan redditæ. *Joseph. de bello Jud. l. 3. 18.* scribit, *Panium esse speluncam in monte amœnissimo, eiq; subjectam in immensum hiantem terra divexitatem, plenam aquis stagnatibus, cui mons ingenti magnitudine impendat, sub cujus spelunca scateant fontes fluvij Jordanis: quo nomine Phialam fontem Saraceni ¶ aquas Dan, in hunc usque diem appellant. Illustris est hic fluvius; atq; illum DEUS divisit, ut siccis pedibus populus Israel, Duce Josua eum transiverit: quod idem fecere Elias & Elisæus; ibidem & Naaman à lepra est liberatus, cum in eodē lotus esset septies. Potissimum verò notari*

notari debet Fluvius, ob Christi Baptisma in eodem habitum, tùm & ob Trinitatis manifestationem ibidem factam; quæ illustris manifestatio locum dedit Proverbio: ito ad Jordanem & videbis, in quem credamus. Aliàs idem fluvius ripas alvei solens implet messis tempore, quod factum fuisse in Israelis transitu, tacente Scripturâ, putet *Weisselius*; censeo, ad extenuandum hoc DEI miraculum. Cæterùm permeat ille, & fluit Jordanus per lacum Samogonitem, tùm per mare Galilææ, & demum quasi invitus Asphaltiten lacum seu mare Mortuum petit, à quo lacu bituminoso & pestilenti ebibitur, & laudabiles suas virtutes perdit. Idem fluvius, Propheta Joel cap. III. 18. ob magnam copiam arborum *Sitim*, fluvius *Sitim* appellatur.

Quod *Lacum Samagonitem*, seu, ut *Hieronym.* vocat *aquas Meron*, hodiè *Maron dictas*, attinet, Jordanus in eas se exonerat, tùm præsertim, quando
 nives

nives in Libano monte resolvuntur in aquas, quæ tùm ob terræ declivitatem Stagnum istud ibi efficiunt cujus longitudo fuit LX. stadiorum, latitudo XXX (Stadium a. est 125. passuum, hinc 8. stadia faciunt unum milliare Romanum, i. e. mille passus. 32. stadia constituunt milliare Germanicum, commune.) Atque istæ aquæ æstivo tempore nonnunquam planè exsiccantur, patiebantur arbusta in modum densæ sylvæ ibidem excrecere: Et hic locorum quondam Josua obtinuit victoriam, contra Jabin, aliosq; XXIV. Reges. Hodie istius Aquæ non est amplius ullum vestigium

Mare Galilææ (sic dictum à vicina terra Galilææ,) seu *Tiberiadicum mare* (ab urbe vicinâ huic mari) seu *stagnum Genesareth*, (quod testudinis speciem præ se fert) nunc Bavariæ seu Tabariæ lacus dicitur, teste *Nigro Geogr. Af. com. 4.* Neque hoc mare adeò amplum est, nam in medio circumnavigantibus terram undiqvæque conspiciere licet.

cet.

cet. Circumdatum est Urbibus amplissimis Corazaim, Bethsaida, Gadarra, Bethsan, Capernaū, Tiberiade &c. Hujus maris aqua semper frigida est, neque opus habet refrigeratione per glaciem & nives, quod aliās ibi in aestate solenne est: tūm idem mare piscibus abundat. Hic Servator noster Petrum, Jacobum, Johannem, Andreā piscatores sibi adjunxit: Easdem aquas ventis commotas verbo pacavit, & siccis denique pedibus calcavit: In earum denique medio, ebullitio quaedam fieri dicitur.

Demum Jordanus se miscet aquis *maris Mortui*, quod mare sic dicitur, eò quod nihil, quod vivat, in eo reperiri, nulloq; vento idem impelli possit. Dicitur quoque *lacus Asphaltites*, bituminis: Ejus longitudo est octodecim, latitudo quinque milliaria Germanicorum. Planities hujus lacus dicebatur antea vallis Siddimorum. Sic enim *Moses* de isto loco *Gen. XIV. 3. Junxerunt covias ad Vallem Siddim.*

dimo-

dimorum, quæ jam est mare falsum. Hic
 igne cœlitus de lapso absumptæ qua-
 tuor urbes Regiæ, Sodoma, Gomor-
 rha, Adama & Zeboim, quo nomine
 eadem ora Pentapolis dicebatur, eò
 quod Segor quinta civitas non est una
 subversa. Misera est ejus loci hodiè
 facies, qui quondam Jordane irriguus
 medio, Paradisus Domini videbatur:
 Cujus amœnitatem adhuc vicinissimæ
 arbores Jericho, & Engaddi balsamum
 declarant, egregioq; sunt prisce uber-
 tatis indicio. Vomit idem nigras bi-
 tuminis glebas, natantes in undis tau-
 rorum capitibus carentium instar, ne-
 que nisi mulierum menstruo & urinâ
 resolvi valentes. Potrò idem Mare
 & sic se habet, ut gravissima quæque
 in illud coniecta fluitent, neque possit
 quicquam vi aut industria ad fundum
 suppressi. Auf dem diesem Meer mag kein
 Schiff bewegt werden/ und so ein Mensch
 darein gehet/ und ihm das Wasser bis zum
 Hüften kompt/ so wirffes ihn über sich/ daß
 er nicht weiter zu Fuß gehen mag. Dis
 Bach

Nach quillet herfür aus dem Grunde/ gleich
 als trieb es hervor ein heisses Feuer. Es ist
 auff diesem Meer allerwege ein schwarzer
 Dampf/ der auch Metall rostig machet/
 wie schön sie auch gepollteret seyn/ inquit
Münsterus Cosmograph. l. 5. p. 1347. Bro-
cardus in descript. Terr. S. notat, quo-
cunq; vapor illo à mari ascendens impelli-
tur, ibi terra nascentia non secus, ac si à
pruinâ fuissent tacta, emori. Unde &
de edulibus & fructibus ad ripam hu-
jus maris, præsertim in deserto Engad-
di nascentibus, at in cineres abeunti-
bus, testantur præter alios, qui de po-
mis duntaxat narrant, Joseph. l. 5. bell.
Jud. cap. 5. Solin. Pol. hist. cap. 39. cu-
jus verba hæc sunt: Apud Sodomam &
Gomorrhæam pomum gignitur, quod licet
habeat speciem maturitatis, mandi tamen
non potest. Nam fuliginem intrinsecus
favillaceam ambicio tantum extima cutis
cohibet, quæ levi tactu presse fumum exha-
lat, & fatiscit in vagam pulverem. Idem
commemorat Cyprianus in Sodomis v.
126. Egesippus his addit, formatas u-
varum

varum racemos, Tacitus lib. 5. etiam manu satis, hæc evenire scribit. Huc tendit in *cantico Moses, Deut. XXXII. v. 32. De vinea Sed morum vinea eorum, & de suburbanis Gommorrae: Uva eorum uva vellis & botrus amarissimus.* Ex Pomis ad mare Mortuum nascentibus, fori formosis intus cinere repletis, didicit vanitates hujus mundi cognoscere Salomon, qui hic hortos habuit. Inter glateam littoris passim offendimus salem, quo solum lenitèr attacto oculisq; manu contractatis, confestim non modo cæcutimus, sed & intensâ cæcitate laboramus; Undè & Thalmud sæpè hortatur, ut tacto sale, atq; hõc præcipuè, manum oculis ne admoveamus.

Quod Maria attinet extra Palæstinam, quorum tamen crebra fit in Scriptoris mentio, offerunt se in primis mare Mediterraneum & mare Rubrum.

Mare Mediterraneum, per medias terras diffunditur, & secernit Europam

pam ab Africâ. In Scriptura dicitur *Mare Magnum*, quia omnibus Palæstinae maribus est majus: cumq; totum occidentale latus Terræ Sanctæ alluat, rectè monet Hieronym. in *aq. Hebr. in Gen. ad cap. 13.* illud mare in S. Scriptura semper pro Occidente poni, ut *Deut. XI. 24.* sicut contra mare Mortuum dicitur Orientale mare. Porro & posterum s. *novissimum* dicitur, respectu maris mortui, *Deuter. XI. 24. Zachar. XIV. 8.* Mare *Rubrum* celebre quoque est in Script. eò quod transitum concessit Israelitis, ex Ægypto in terram Canaan jussu Dei migrantibus. Notat rubram Margaritam. Hieronym. ad Principiam scribit: moris fuisse, auribus perforatis. Rubri maris preciosissima grana suspendere. Græcis dicitur *ἐρυθραία* & *χίβη*, hodiè *Mar di Mecca*, ab urbe vicinâ natalitia Muhammedis: aliàs dicitur *Sinus Arabicus*, quia ei ab oriente vicina est Arabia. Aquæ ejus in proprio suo loco rubere dicuntur, ex vicinis montibus adustione rubenti

TERRÆ SANCTÆ. 19

bentibus, quæ exhaustæ propius ad
alborem accedunt, littus verò lauros,
olivas & juncos producere, undè E-
braicè dicitur הַיָּם הַיָּבֵשׁ das Schiffmeer.

Explicatis iis, quæ ad communem
Terræ Sanctæ descriptionem perti-
nent, jam sigillatim ejusdem Partes
sunt pervidendæ. Atque ista quidem
Terra Promissionis, Israelitis in XII.
Tribus divisa est, ut *Jos. XIX. v. ult.* Quæ
Tribus trans Jordanem versus Ortum
habitent, qui termini earundem sin-
gularum, *Rubenis* puta, *Gad* & dimidiæ
Tribus *Manasse*, id habetur *Jos. XIII.*
Cap. XV. termini tribus *Judæ* haben-
tur, *Cap. XVI. & XVII.* loca ad dimidi-
am tribum *Manasse* & *Ephraim* spectan-
tia, notantur, *Cap. XII.* fines tribus
Benjamin signantur, *Cap. XIX.* terræ
tribuum *Simeon*, *Zabulon*, *Isaschar*, *A-*
ser, *Naphthali* & *Dan* enarrantur.

Quo pacto peracta sit hujus Terræ
divisio per Sortem, id notat *Drusus* in
Not. ad loc. diff. Numer. Interim non-
nullæ Urbes, utpote maritimæ, ab
Israe-

Israelitis expugnatae nunquam sunt; cum ut probarentur Israelitae *Jud. III. v. 1. & 4.* tum ut à vicinis domiti, serià poenitentiâ ad DEUM converterentur. *Cap. III. v. 15.*

De Tribu Aser.

Familiae ejus quinque *Jemna, Jessai, Bria, Heber & Melchiel*, posterorum suorum quinquaginta tria millia & quadringenta, per sortem miserunt in terram pingvem vino & tritico abundantem, ex vaticinio Jacobi *Gen. XLIX. v. 20.* Tribus Aser, quae est pars Phœnitiae, Galilæae superioris seu gentium versus orientem, terminum habet tribum Naphtalim, versus Boream montem Libanum & Hermon, cum campo Libani, versus occasum mare Magnū, quod hîc dicitur mare Syriacum seu Phœnicum; versus austrum partem tribus Zabulon, vel potius Jephthael torrentem. Levitis inhabitandas concessit urbes *Hacor, Abdon, Roob, Alcab, Massal & Asser.*

Eleu-

Eleutherus fluvius, ex Libani montis radice in tribu Naphthalim scaturiens, inter Tyrum & Sidon mari miscetur Magno. Is memorabilis est, ob resludinum copiam, & Jonathannum *I. Macc. XI. & XII. 30.*

Belus, fluvius minor inter torrentē Jephthael & Ptolemaidem, arenam & alia metalla, si *Plinio* credimus, in vitrum commutat.

Phœnicia regio amplissima, se juxta ripam maris magni, extendit per tribum Aser, Zabulon & Isaschar; ab Eleuthero fluvio ad montem Carmel, cui primus imperavit Rex Phœnix Agenoris filius. Hodie Syriæ accensetur. Hæc regio, teste *Metellino lib. 14.* acclivis Libano monti, fuit clara, plena gratiarum, urbibus decorata magnis & pulchris, in quibus amœnitatum, celebritatæq; nominum fuerunt Tyrus, Sidon, Berithus & cœteræ.

Anti Libanus est montiū tractus continuus, à septentrione in Austrum Sidone ad montes usque Tyri extensus, abun-

abundat vineis. *Strabo lib. 16.* duo montes, ait, sunt qui Syriam cavam includitur, Libanus & Antilibanus. Vide *Annot. Bibl. B. Parent. Deut. III. v. 25.*

Enoch, urbem Cain memoriæ filii primogeniti, propè Libanum extruxit, *Gen. IV, 17.* quæ si vera sunt, antiquitate vincet ista urbs omnes alias. Hæc extracta in ruderibus primæ per diluvium convulsæ, sicut restructa Hierusalem idem adhuc nomē habet.

Sarepta sita inter Eleutherum & Sidon, est Sidoni subdita, undè & *Luc. IV, 26.* Sarepta Sidoniorum dicitur, distinguenda ab alterâ Sarepta, sic dicta à confectione vitri, cujus artis officinas Sidonii ibi habebant; סרפט enim significat *conflavit, liquefecit.* Ibi viduæ oleum & farina, beneficio Eliæ non defecit; Eiusdem ipse resuscitavit filium, quem fuisse Jonam Prophetam, ex sententia Ebræorum commemorat *Hieronymus in præf. Jonæ.* Sed Jonas se Hebræum, & non gentilem fatetur Nautis, *Cap. I. 9.* quomodo igitur

tur potest esse filius viduæ Sareptanæ, quæ Hebræa non fuit, Sidoniorum enim erat Sarepta?

Canamajor, non multum distans ab Eleutero fluvio, alia est à Canâ minore tribus Zabulon, ubi Christus aquam in vinum convertit. In medio relinquimus, num Cananæa, cujus filiam ab obsessione liberavit Christus *Marc. VII. v. 2. Matth. XV. 21.* illius fuerit incolâ, an verò ideò Cananæa dicatur, quod ex Cananæorum posteris fuerit prognata.

Tyrus urbs maritima (undè & ab Ezechiele, in mari sita dicitur) ditissima & munitissima, nobile totius Asiæ emporium, aquarum puris rivis irrigua, hortis abundat fructiferis, facitque ex variis mercibus quæstum amplissimum; undè Zach. IX ait: *Tyrum coacervasse argentum qf. humum, & aurum veluti lutum platearum*, ad denotandas ejus amplissimas divitias. Non potuit sceptris Israël unquam subjici; cum Regibus tamen Israël perpetuam

B

ami-

amicitiam coluit, adeò ut Salomon
 Hiramò Regi illius, urbes adjacentes
 còplures utendas fruendasq; dederit.
 Quæ tamen urbes, Hiramò non pla-
 cuerunt, qui eas Chabal, per contem-
 ptum vocavit. Easq; Hiramum Salo-
 monem reddidisse, ex 2. Paral. VIII, 2:
 colligitur. Tyrii verò superbitè in-
 cipientes, *Ezech. X. XVIII. 2.* tandem
 sunt à Nabuchodonosare & Alex. Ma-
 gno superati. Quos Christi assertores
 ibi repererit Paulus, *Act. XXII. 2.* expli-
 cat. Non procul hinc ingens lapis
 ostenditur, cui insistens Christus au-
 dierit laudes suas decantari à mulie-
 re, *Beatus venter &c.* inquiente *Luc. XI,*
27. *Origenes* in Tyro mortuus est; *Eus-*
Ulpianus JCrus ibidem natus, sicut ipse
 testatur in *Digest. Tit. de Conf. Pl. de*
hac urbe notavit *Guilhelmus Tyrius,*
de bello Sacro l. 13. c. 1.

Sidon *Jos. c. II, 19.* רבבא Rabba i. e.
 magna dicta, maritima urbs inter A-
 donis & Eleutherum fluvios, à piscium
 abundantia, ita dicta: Phœnicis enim
 Sido-

Sidona piscem notat: vel potius nomen habet à Sidone, nepote Chami *Gen. X, 15.* Quam postea Phœnices amplificarunt, teste Josepho Benjamin in itinerario, Sidonem hodiè *Sydam* dici, affirmat. Sidonii corraferunt divitias cum ex lapidibus & lignis vicini Libani, tum ex purpurâ: Neque potuerunt unquam Asariæ eos, hac urbe exuere. Salomon Rex, domum ductis Sidoniorum filiabus, paulatim ad profanum cultum Deæ Astartis, quam colebant Sidonii, *1. Reg. XI. & 2. c. XXIII* inclinabat; perindè ut Jesabel, Sidoniorum Regis Ethbaals filia *1. Reg. XVI, 31* maritum Regem Achab ad Baalis cultum malitiose incitabat. Quia hæc urbs serificio fuit nobilis, hinc *Seiden/* i. sericū dictū putant multi. Tyrus & Sidon maris dominæ dicuntur, *Ezech. c. XXVI, 17.* ut quæ Insulis instructæ fuerunt adjacentibus, & rebus ad bellum gerendum necessariis.

Protopolis maritima urbs Phœnicæ, & munitissima, adeo ut neque hinc.

26 DE TRIBU BENJAMIN.
pristinos cives possent expellere Israë-
litæ, quamvis Paulus multos civium
animos expugnaverit, ut Christum ve-
rè agnoscerent. *Actor. XXII. 7.* Mitto,
quæ de hac Urbe in historiâ Machabai-
ca occurrunt. *1. Mac. V. 45.*

De Tribu Benjamin.

Benjamin filius Jacobi natu mini-
mus, posteros quadragies quinqvi-
es mille sexcentos bello aptos, ex qua-
tuor familiis ortos, *Bela, Asbel, Achiram*
& *Suphan*, misit in hanc Terram, qui
transgressi Jordanem, constiterunt in-
ter tribum Ephraim à Septentrione, &
tribum Juda & Dan à meridie sua. Ur-
bes ejus tribus Sacerdotales fuerunt:
Hierosolyma, Nobe, Bethphage, Almon,
Goban, Anathot, Gabaon & Almath. Re-
liquis omnibus, vel hoc nomine cele-
brior est hæc Tribus sanctæ Terræ,
quòd Civitatem sanctam continet.

Jericho, itinere trium horarum à Jor-
dane distat, urbs quondam splendidis-
sima

DE TRIBU BENIAMIN. 27

lima, murisq; cincta densissimis, quos non arietes, sed clangor tubarum Sacerdotalium destruebat, *Jos. c. VI, 20.* illi per Athniel sunt restaurati; In eandem veniens Christus, in Zachæi divertit adibus, *Luc. XIX, 6.* Aquas ejus loci amaras Elisa, inperso sale precatus condulcavit, & salubres *2 Reg. II, 6.* reddidit. Ejus urbis campi sunt feraces balsami, & palmitū, unde & *palmarū civitas* dicta est. Aliis *Luna civitas* dicitur à Luna, quòd ea ibi primū cōspiciatur. Cæterū, an rosa Hierochuntinæ, cōstantes XL foliis, quòtannis illā nocte, quā natus creditur Servator, folia sua explicent, & mox vicissim marcescant, viderit *Saligniacus Tom. IX. c. 6.*

Gaba claudit septentrionale latus tribus Benjamin; fuit ea Sauli natalis, Regia & sepulchralis urbs; olim verò malè audivit, ob stupratam alicujus Levitæ foeminam, quòd facinus totī tribui Benjamin fuit exitio; præter sexcentos, qui in rupe Remmon latitarunt, è quorum sanguine tota tribus Benjamin reparata. *Gabaon*

Gabaon, huic paulùm versus occa-
sum sita, fuit ista, cujus cives dolo con-
ficto laceratis induti togis, circumve-
nere Josuam, arreptis pacis conditio-
nibus; fraude verò cognitâ Nathinai
dicti sunt, destinati quippe ad perpe-
tuò serviendum templo, portandis a-
quis & lignis instar aliorum servo-
rum.

Bethel, domus DEI; dicitur quoque
urbs in hujus terræ finibus septentrio-
nem versus, nomen mutuata à Jacobo,
migrante in Mesopotamiam *Genes.*
XXIIIX, qui somnians vidit ibidem
DEUM scalæ innixum, & Angelos a-
scendentes & descendentes. Lapidem
hujus rei memoriæ ibidem à Jacobo
positum, Israelitæ postea adoratum,
petebant i. e. in honore habebant; si-
cut Jacob adoravit Pharaonem. Ex
montanorum Bethel antris, duo ursi
invasere pueros XLII. convicia in E-
lisam Præceptorem eructantes.

Nobe in valle Raphaim, inhabitavit
Abimelech panem propitiatorium &
caesem

ensem Galiathi Davidi olim porri-
gens; quod cum ægrè ferret Saul, ma-
nu Doeg ministri Sacerdotes XXCV.
trucidavit, totumq; oppidum igne at-
que ferro perdidit.

Galgale est, ubi subsistebant Israeli-
tæ, Jordanum transgressi, circumci-
dentes præputia masculis, quibus ob-
iter perpetuum in deserto præputia
adhuc supermanserant. Deficiente
Manna, coeperunt hic loci suis cibus
rursus uti Israelitæ. Tùm aliquamdiu
reservatum est ibi tabernaculum, &
Arca fœderis, propter quam Samuel
Saulum unxit Regem secundâ vice.
1. Sam. XI, 14. Cui ipsi locò, falsò per-
suasi, sanctitatis nescio quid posteri tri-
buentes, cultum idolorum ibidem in-
stituerunt, à quo Prophetæ eos avoca-
re nituntur *Hof. IV. IX & XII. Am. V.*

Hierusalem, sita in medietate tribus
Benjamin, dicitur *קדש* i. *ἱερόλυμα* Civitas,
item *Civitas Dei & sancta*, quippe non
à gentibus sed Judæis, sancto populo
incolta, seu quod cultus divinitus

30 DE TRIBU BENJAMIN.

institutus, publicè ibidem celebrabatur; tùm deniqve, quia se DEUS peculiari modo ibidem patefecerat: Solenne enim est S. literis, locum aliquem à peculiari manifestatione DEI in eodem factâ, Sanctum appellare: Quin & ob amplitudinem, quâ reliquis omnibus urbibus magis erat conspicua, civitas DEI dicitur, uti & cedri DEI dicuntur, hoc est, magnæ. Quod Patres ajunt, Hierosolymam in medio mundo sitam esse, id sic debet intelligi, ut statuatur eadem in confiniis Europæ, Asiæ, atqve Africæ sita gentibus commodiùs potuisse veri DEI cultum proponere; sicut aliàs Script. dicit quid in medio collocatum, quod ab aliis ex omni parte circumdatur, etiamsi accuratiùs in centro quasi eorum non sit; uti & Judæi Babylonem deducti, in medio gentium esse dicuntur *Ezech. XXXVI. 23.* Nam aliàs in corpore rotundo & spherico, qualem esse Terram nemo negat, quod vis punctum appellari potest

DE TRIBU BENIAMIN.

est medium illius. Præterea & *Sijon* nominatur, seu filia *Sijon* *Zach. IX.* Magna enim pars urbis, & arx item Davidis monti *Sijonis* superstructa erat, unde naïci videbatur Abrahami *ויצא* Melchisedech Rex Salem, qui istam urbem incoluit: post eandem *Jebusæi*, Canaanis posterii, Reges Emorrhæorum occidentales, per octingentos & plures annos possederunt, unde & *Jebusæa* appellata est, vid. *Jos. X. 5.* Tandem Rex David, eam totam urbem cum arce occupavit armatâ manu *2. Sam. V. 6.* voluitq; ut in posterum esset caput & regia civitas totius *Judææ.* Sunt, quibus *ירושלם*, dicta à Græco *ἱεροσόλυμ* templum, & nomine Salomonis, qui templum ibidem splendidissimum exstruxit, quâ in sententiâ nos acquiescere non possumus; nam ante Salomonis templum jam Hierosolyma dicta fuit, ut patet ex cit loco *Josueæ.* Cùm deniq; ut pergamus, sanctam eam Civitatem, suis peccatis *Judæi* polluit

sent, evenit, ut Nebucadnezar Rex Babel aliquot seculis post, urbem cum templo funditus everteret, ita, ut maledictioni exposita, per annos LXX. avibus & bestiis transitum vix præberet. Ex quâ servitute, libertati restitutus populus domumq; reversus, urbem cum templo qualicumq; modo restauravit. Tandem Herodes Ascalonites, vulgi auram captans, magnis sumptibus impensis, templum istud priori Salomonæo assimilare conatus est, ejusdemq; splendorem depingit *Joseph. Antiq. l. 15. c. 14.* In illo Servator mundi ipse se stitit, oblatus scilicet *Luc. II, 22.* idemq; suâ præsentia, doctrinâ, miraculis illustre reddidit. Isto argumento evincitur contra Judæos, Messiam venisse stante adhuc templo posteriori; Dicit enim DEUS *Hagg. II, 9.* majorem futuram gloriam posterioris Templi, quàm prioris. Sed externa sanè ornamenta Domus prioris erant longè majora; arca, ignis cœlitus demissus, nubes, Urim & Thumim
ibi

ibi erant; in ultimo templo non item. Quid ergo relinquitur aliud, quàm ut dicamus Messiam Templo secundo stante venire debuisse, cuius tùm præsentia majorem secundo templo, quàm primo gloriam cõciliatura esset? Quo argumento, quos oppugnaverint obstinatos Judæi conversi, refert *Johan. Rainoldus Anglus, in cens. lib. Apocryph. T. 2. præf. c. 33. p. 82.* Neque verò & hujus restauratæ Sijonis splendor fuit perpetuus. Titus enim Vespas. ferro atque igne absumpsit omnia, anno à Christi adscensu in cœlos, XXXIIX. Ælius Adrianus & Julianus Apostata ejusdem urbis restorationem frustra tentârunt, neq; hodierna facies Codsbarich seu Urbis sanctæ, splendorem ullo modo repræsentat. Exstructa est urbs in quatuor montibus, *Sijon, Acra, Betzetha & Moriya.* Portis circumdata est duodecim, è quibus in omnes Terræ Sanctæ partes patebat exitus. *Mons Sijon* in forma dimidii circuli, istam civitatem per totum tractum au-

34 DE TRIBU BENIAMIN.

fralem ambit, & continet arcem, sepulchrumq; Davidis auro repletum, & palatia Pontificum Hannæ & Caphæ. Hic mons præ reliquis eminens, certos gradus habet, per quos in reliquas urbis partes descensu opus est. Vallis interjecta inter Sijonem & reliquas urbis partes, à portâ aquarum usque ad portum piscium, appellabatur *Varago Mellis*, pòst *Vallis Tiropeion*. Ista Australis pars Hierosolymæ, versus ortum habet turrin Siloah, cujus lapsu XIX: homines sunt concussi, *Luc. XIII. 4*. Moenia ejus partis occidentalia, durissimo lapidi angulari superstructa, qui ipse est, quò cum in Sacris Christus comparatur, undè & Christus lapis angularis dicitur. Propè voraginem Mello, sita erat turris David, quam ille ex lapidibus & ferro arctissime coagmentarat, cum cujus robore Sponsæ Christi fortitudo comparatur, *Cant. IV. 4*. ubi hæc habentur: *Sicut turris David collum tuum, quæ edificata est cum propugnaculis; Mille clypei pendunt.*

dent ex eo omnis armatura fortium. Quicquid reliquum erat, inferiori civitati tribuitur, seu filia Sijon, quæ quasi ex monte Sijon videbatur nasci, vel civitati novæ, cui occidentem versus adjacet *mons Acra*; atque illa pars urbis haud adeò illustris est, nisi quòd continet palatium Machabæorum, seu Herodis Agrippæ, domum Anania Pontificis, castrum Pisanum, Regiam Bernices. *Monti Bezetha*, secunda seu nova civitas superstructa, quæ triplici muro includitur, primus; qui & antiquus dicitur, eam ab urbe reliquâ fecernit; alter medius est, dividitque hanc civitatem in partes duas; tertius seu exterior, claudit septentrionale latus Urbis Sanctæ. Atque hæc urbis pars, continet palatium Herodis, ubi Christum Tetrarchæ Galilææ stitit Pilatus, & Angelus Petrum catenis vincitum, è carcere redemit: illa mercatoribus, operariis & id genus aliis erat repleta; Eidem novæ Civitati vicinus est mons Calvaria, locus item sepulchri

chri

36 DE TRIBU BENIAMIN.

chi Dominici, ubi hodiè Franciscani creant milites sancti Sepulchri, quorum Præfectus in monte Sijon diplomatibus instruit peregrinos, unde constat eos ibi fuisse. Quartus mons

Morja, versus Septentr. habet piscinam probaticam seu ovinam, vel Bethesda lacum, hoc est, domum effusionis, ubi confluebant aquæ pluviae, quæ ab angelo quotannis commotæ, sanabant quosvis morbos. In ista, ex Salomonis instituto, lavabantur pedes litandæ: hinc est, quod eam *Joseph. l. 6. bell. c. 2.* nominat stagnum Salomonis. Sunt, qui putant hic olim reconditum ignem sacrum à Sacerdotibus, ubi Nehemias reversus aquam reperisse dicitur *II. Macc. I. 20. Hieron. de loc. Hebr.* notat hanc piscinam quinque constituisse porticibus, ut mox lavari possent hostiæ; ubi notat *Benj. Tudeles. in itiner.* Judæos adhuc parietibus nomina sua inscribere. In eodem monte exstructum Templum Domini à Salomone, absque ullo mallei soni-

soni-

sonitu, spatio septennii, ex præscripto
 idea, quam Sp. Domini Davidi submi-
 nistraverat; perindè, ut Moses etiam
 ad Tabernaculi exstructionem, tali i-
 deâ divinitus monstratâ usus fuerat.
 Tertius ambitus templi ab Herode
 Ascalonitâ adjectus, dicitur atrium
 gentium, cujus porta speciosa seu ori-
 entalis alta erat cubitos XXX. incru-
 stata are Corinthiaco; proximus am-
 bitus, Judæorum atrium, solis Judæis
 introitum concedebat: Porticus di-
 cebatur Salomonis altitudine cubito-
 rum, L. Atque hujus atrii januis Ta-
 bulam, hac inscriptione ajunt præfi-
 xam: *Omnis alienigena transiens locum
 sacrum, moriatur.* In eo atrio Christus
 sæpius cum Scribis & Pharisæis dispu-
 tavit. Sanctum denique, quod Sacer-
 dotes stolis sacerdotalibus induti, h. e.
 servituri Domino introibant, *atrium
 sacerdotum* dicebatur, cujus porta cu-
 bitorum erat nonaginta; quanquam
 præterea satis portarum erat, per quas
 ad hæc sacra obeunda hominibus adi-
 tus

tus patebat; quod vel hinc palam est, quod ducenti homines vix pares erant januis quotidie claudendis & recludendis. In remotissimâ hujus atrii parte, *Sanctum Sanctorum* situm erat, quod nulli introire licebat, nisi soli Pontifici, atque id non nisi quotannis semel, idque in expiationis festo; Hoc intimo templi loco reservabatur olim Lex Moïsis, Arca fœderis continens tabulas Moïsis, Aaronis virgam & Manne vasculum. Atque de hoc tanto templo, quod prædixit Servator discipulis; *non relinquetur lapis super lapidem, quin destruat*; id eodem decimo Augusti die, quo Salomonis templum à Nabuchodonosore devastatum, flammæ perfecerunt, injectæ à milite Romano Duce Vespasiano. De urbe Hierosolyma varii scripserunt, & in peculiaribus *septem lib* de eadem, egit *Adamus Reusnerus*. De locis extra eam urbem, omnem plagam versus, varia notat *Adrichom. in Theatr. supr. Jerusalem*, qui præter cetera de torrente

te Cedron, ad orientem Hierosolymæ
 per vallem Josaphat & Gehennon, flu-
 ente in mare mortuum, scribit, quod
 lictores vinculis Christum compingē-
 tes, in istum torrentem egerint præ-
 cipitem, idque denotatum fuisse à Da-
 vide *Psal. CX, 7 De torrente in via bibet.*
 Non procul à templo septentrionem
 versus, sita est *arx Antonia*, sic dicta ab
 Herode M in memoriam M. Antonii
 Triumviri: in eâ perpetuis excubiis
 Romani videbant, ne turbas excita-
 rent Judæi in templo, &, quò compe-
 scerent eò melius seditiosos, cryptis
 subterraneis ex arce in templum pro-
 cedētibus, illud poterant nec opinan-
 tibus Judæis invadere. Ante tempo-
 ra Romanorum, eam incolebant Pon-
 tifices ex Machabæis orti, quò Templo
 maximè vicini essent; quid? quod la-
 pideus arcus pontem sustinens, tem-
 plum cum arce Antonii connectebat.
 Urbis hujus Hierosolymæ Descripti-
 onem vid. apud Chytraum in *libr.*
Judicum cap. 1. p. 65.

LEVI-

LEVITIS, qui vitulum in deserto non adorarunt, sed potius stricto gladio in castris circumcurstantes, tria idololatrarum millia occiderunt, nulla in hac Terra concedebatur hæreditas; DEUS enim peculiariter illis providerat Decimis, Sacrificiis &c. eosque κληῆς spirituales constituebat, *Ego*, inquit, *Num. XVIII. v. 20. Portio tua & hæreditas tua*; sed tamen per singulas Tribus peculiares civitates, certosq; redditus annuos nacti, decimis annuorum fructuum, primis pecorum fœtibus, primitiis tonsuræ ovium, & omnium terræ frugum vivebant. Erant iidem præterea exempti à censu publico, militiâ & oneribus secularibus. Urbium XLIX. Leviticarum, quas in fronte singularum tribuum, tres ultra & tres citra Jordanem, *Gaulon, Basor & Ramoth Galaad*, quæ ultra, & *Hebron, Sichem & Cades amNaphthalim*, quæ citra, dicebantur urbes Refugii; in quibus, si quis ex improviso alterum occidisset, per vitam
Ponti-

Pontificis; ab hoste tutus esse poterat.
 Et Levitis præcipuè demandata prote-
 ctio infantium, ut fervore cohibito,
 Reis spe relicta, indulgentia summi
 Pontificis Christi adumbraretur; qui
 mos ad gentes quoque profectus, faci-
 ebat ut templa & altaria veniæ spem
 vel pœnæ dilationem pollicerentur eò
 fugientibus. Istarum urbium Refugii,
 accuratam rationem enarrat ex *Paulo*
Fagio, Pelarg. in c. XXXV, Num. ubi no-
 tat inter alia: æquali spatio omnes à se
 invicem distitisse, vias eò ducentes
 planas fuisse, neque fugientes impedi-
 ri debuisse, sed cingi duobus sapienti-
 bus viris, qui ultorem blandis verbis
 detinerent: ipsas neque magnas ni-
 mis, neque parvas, neque iis mercibus
 instructas fuisse, sub quarum emenda-
 nū specie ultor eas posset ingredi, &c.
 In deserto asylum erat, altare & castra
 Levitarum *Exod. XXI, 13.* Eodem mo-
 do & nunc afflicti, solatium petitori,
 ab ministros Domini se conferre sapi-
 us jubentur; uti quondā leprosi: Sisti-

tc

te vos sacerdoti erat proverbium ad omnes afflictos. Summus verò Sacerdos Hierosolymæ continuo habitans, videbat, ut omnia in templo Domini decenter peragerentur. quoties Judæi sacra peracturi se ibi sissebant. Regnante Davide, Levitarum triginta & octo millia, iique omnes trigesimo anno superiores, in classes XXIV. dividebantur, ut in posterum per vices, septimanis singulis sacris occuparentur. *1. Paral. XXIV.* holocaustis sc. immolandis, Psalmis canendis vel voce, vel cymbalis aut rabilis, thure incendendo, sanctie vasibus templiq; portis custodiendis. Synagogas Hierosolymis XXV. fuisse, *R. Salomon ad cap. Es. I. ex Pescha comment. vetusto in Legem* refert, quem numerum dictio *יָמֵי עֶשְׂרִים* *Es. I. 21.* complectitur.

De Tribu Dan.

ETHæ Tribus, factâ separatione Judææ & Israel, Regum Israël fuit. U-

NICA

nica *Subamitarum* familiâ, constans
 sexaginta quatuor mille quadringen-
 tis viris, occupavit eam Palæstinæ par-
 tem, tribui Ephraim & Benjamin con-
 tiguam, inter mare occidentale, tor-
 rentem Sorek & montana Judææ, quæ
 initio tribui Judæ erat assignata *Jos.*
XIX. 1. & 40. & cum tribu Simeon, Da-
 roma exterior dicta est. Continet ur-
 bes Sacerdotales has, *Bebsames, Gaba-*
thon, Ajalon, Elthece, & Gethremmon.

In tribu Dan, heros *Samson* hostibus
 fortissimis æquè fortiter restitit. Ea-
 dem habet ejus patriam *Saraa*, item
Sorek deceptricis *Delilæ* civitatem,
Thamna, ubi *Philistæam* uxorem duxit,
 & Leonem laceravit; fontem deniq;
 & sepulchrum ejus.

Geth (quod torcular sonat, nomen
 pl. urbibus commune, ut *Geth Opher*,
Jonæ patria, *Gethcesin* *Jos. 19. & Jud. 12.*)
 fuit *Philistæorum* urbs amplissima, cu-
 jus incolæ ob immanem corporis sta-
 tutam, aliis horribiles visi sunt, quod
 vel ex uno *Goliatho* hinc nato apparet.

In

In illam confugit David, ob persecutionem Saulis, ubi tunc regnabat Achis filius Maoch.

Fons Æthiopia, adjacet torrenti Sorrek, propè quem Eunuchus Reginae Candaces, fontem scaturientem in vitam æternam reperit, à Philippo baptisatus *Actor. VIII, v. 36.*

Kariatbjirim urbs proxima tribui Judæ & Benjamin, reservavit arcam fœderis in ædibus Abinadab, donec transferretur à Davide Hierosolytam; fuit etiam patria Prophetæ Zachariæ & Uriæ, quorum ille dicitur occisus Hierosolymis inter templum & altare *2. Paral. XXIV. 21. Matth. XXIII. 35* hic à Rege Jojachimo.

Accaron vel *Ecron* prope adjacet mari magno, ubi David obtenturus Michol Regis Saulis filiam in uxorem, Philistæis ducenta præscidit præputia. Ejusdem urbis incolæ, intra muros receperant idolum Beelzebub, cujus intuitu falsam & inanem salutis spem, Rex Israel Ochozias conceperat. *II. Reg.*

Reg. I, 2. de hac Sophon. II, 4. *Accaroni
eradicabitur.*

Azotus, una ex præcipuis Philistæo-
rum urbibus, hospitium fuit filiorum
Enachin & Idoli Dagon, collapsi ob-
præsentem Arcam fœderis: In eandem
Philippus à Spiritu translatus, ipsum
Dominum fœderis per verbum inco-
lis obtulit, *Aetor. VIII, 40.* Hujus ha-
bitatorem, *DEUS Amos, c. 1. & Soph. 2:*
minatur se exterminaturum. Etiam
Zach. IX. legimus *Spurius separatus, con-*
fusus alienatus sedebit in Asdod. i. e. con-
fuso & promiscuo populo habitan-
dam. Hinc à Jonatha *Maccab. in-*
censa dicitur. 1. Macc. X.

Joppe emporii nobilissimi condito-
rem censent Japhetum. Ad ejus por-
tum materia templi Hierosolymitani,
ex Libano relata est. Jonas *Joppe*
navim conscendens, fugit à facie Do-
mini. Simon coriarius, hujus urbis
civis fuit, qui Petro ad Cornelium ci-
tato hospitium præbebat.

Torrens hujus tribus, seppeditavit
quin-

quinque glabros lapides Davidi, quibus immanem Philistæum confecit.

Philistæi i. e. pulverulenti, à LXX. Interpret. ἀμώφουλοι dicti, quia diversum habebant cultum sacrum à religione & ceremoniis Judæorum, & statuta corporis differebant ab aliis hominibus; A turre Stratonis Gazam usque regnârunt, in locis maritimis. *Joseph. l. 13. 3.* perinde ut Phœnicii isthac possidebant loca maritima, quæ erant inter turrin Stratonis & montes Libani. Philistæorum porrò Satrapiæ & urbes celeberrimæ, *Gaza, Ascalon, Azotus, Accaron & Geb,* *Jud. III. 3.* sæpius Israelitis imperârunt, à quorum jugo vicissim per Judices & Reges liberabantur. Quæ mala his Philistæorum urbibus Deus comminetur, *Amos. c. 1. 6. & sequ.* videre est.

Philistææ oram Chananææ maritimam tenuit, (undè *Sophon. 2. funiculus maris*, dicitur) Et mare illud omne quod occidentalem Chanaan alluit, Palæstin dictum *Exod. 23, 31. Ponam ter-*

minæ.

minos meos, à mari Rubro usq; ad mare
Palastina.

De Tribu Ephraim.

EA est pars Samariæ; quam Ephraï-
tæi capita familiarum habentes
Suthela, Recher, Theen & Heran, triginta
duo mille quingenti bello apti, loco
Josephi sortiti sunt possessionem inter
tribum Manasse cis Jordanem, & tri-
bum Benjamin; quorum latus orient-
tale Jordanis fluvius, occidentale ma-
re Magnum claudit. Quæ Tribus cum
latissimè pateat, Ephraim quandoque
sumitur pro toto regno Israël, seu de-
cem Tribubus. *Jer. VII. 15. Esa. XXVIII.*
1. In Osæâ sapè ideò Judæi & Ephrai-
mitæ opponuntur, ut hi sint iidem
cum Israëlitis: Ubi verò in Sacris I-
sraëlitæ & Ephraimitæ junguntur,
Ose. V. 3. ibi unum per alterum exponi-
tur. Idem potissimùm ob Jeroboa-
mum ex tribu Ephraim prognatum, ad
quem primo decem Tribus defecerāt,
C fieri

48 DE TRIBU EPHRAIM.

fieri vero est simillimum. Levitarum
urbes in ea Tribu erant *Helon, Sichem,*
Bethoron, Gethremmon, Jecmaan, & Ga-
zer.

Silo sita in monte excelso, itinere
duarum horarum distat Hierosoly-
mis, conservavitq; satis diu Taberna-
culum Domini, frequentia videns po-
puli sacrificia ac preces, usque ad Sa-
muelis annos.

Dan & Bethel montes, juxta viam,
quæ Samariâ ducit Sichem, in quibus
Jeroboam collocavit vitulos aureos,
ne amplius ad rem sacram peragen-
dam Hierosolymam contenderent I-
sraelitæ, ubi tùm Judaica erat Regia.
De altero autem Bethel in tribu Ben-
jamin, id non videtur esse vero consen-
taneum, cùm facto schismate Jerobo-
am in terras Regis Rehabeam, Judæ
nempe & Benjamin nihil haberet ju-
ris & imperii. Atque hoc videtur fa-
cem allucere illi, quod habet *Os. c. IV.*
15. & 17. c. V. 8. ubi mentionem facit
alicujus *Bethaven*, in quo Ephraim se
idolis

idolis associaverit; qui locus nullus est alius, quàm is, ubi Jeroboam idolum, quod res vana erat & nihili, posuerat, id quod postea Rex Judæ Josias destruxisse, & igne absumpsisse perhibetur 2. Reg. XXIII. 15. 1. Reg. XII. 32.

Baal Berith est ille locus, in quo Judæi primùm relicto vero DEO, Baalim divinam fecerunt, in cujus honorem fanum extruxere propè montem Garizim, *Jud. VIII. v. 33.*

In hac viciniâ sunt montes *Garizim* & *Hebal*, quorum ille fontibus amœnus, Ebal aridus & saxis plenus est: In Garizim Josua coram arcâ publicavit Legem, & obsequentibus fœdera promisit omnia: In Hebal verò poenam destinavit refractariis, populo acclamante, Amen. *Jos. VIII. v. 33.* Ultimis denique temporibus, cum Manasses Samaritanam Saneballat, Guthai Ducis Regis Persarum filiam duxisset uxorem, & eo nomine à Judæis ejectus esset, ibi templum parum dissimile Hierosolymitano extruxit,

50 DE TRIBU EPHRAIM.

sub quo dein Pontifice & aliis ibi sacrificarunt Samaritani, donec & multi Sacerdotes, ac Judæi intricati ejusmodi conjugiiis, eo se ad rem sacram peragenda conferrent: Quod ædificium, cum gente Guthæorum Persicâ, quæ captivorum Judæorum loco eo à Salmanassare missa erat, ducentis demùm annis post Hircanus destruxit. *Joseph. l. 13. Antiq. c. 15.* Ad illum locum sanctum intendit digitum Samaritana *Job. IV. 20. Patres nostri, inquit, adorarunt in hoc monte &c.* quæ ipsa ibi Christum quoque de aquâ vitæ differentem audivit. Atque ideò Christo quoque hospitium in Samaritanorum terrâ denegabatur, quòd facies ejus esset proficiscentis Hierosolymam, *Luc. IX. 53.* & eo ipso illorum sacra spernentis. Ista, quam diximus, de vero templo Domini controversia, tandem delata est ad Ptolomæum Philometorem, ubi Samaritanorum causam egere Sabbæus & Theodosius. Andronicus autem Hierosolymitanorum.

rum.

rum. Hic proposuit suas rationes ex lege DEI, *Deut. XII.* & ex successione continuâ Pontificum Garizitani contra nihil causæ dare potuere: Tandem Sabbæus causâ cadens, supplicio addictus est cum Theodosio, statumq; Templum Hierosolymitanum esse ex præscripto Legis Mosis conditum, non attento Patrum Abrahamæ & Jacobi exemplo. Hand procul ab eo monte situm sepulchrum Josephi, cujus ossa ex Ægypto translata ibidem reposita sunt.

Samaritanæ propè abest à finibus Tribus Manasse, fuitq; caput regni Israel, exstructa ab Amri, (qui est Sextus Rex Israël *1. Reg. XVI. 22.*) Rege in monte Samaro, unde & nomen habet. Atque ibi sepulti sunt Elisæus, Abdias & Johannes Baptista. De fame Samaritanorum sub Rege Joram, vid. *2. Reg. VI.* De eorundem religioso cultu in hunc usque diem, lege *Benj. Tudelensem in itiner.* Hoc nomine & Judæis parum erat cum illis commercii, quippe

qui nec ex eodem cum iis bibebant poculo, sed eorum vasa immunda iudicabant.

Ramatha sita est in eo hujus Tribus angulo, ubi termini Tribus Benjamin & Dan concurrunt, puta in monte Sophim, haud procul à mari Magno. Hic Proph. Samuel natus, hic plurimum vixit, hic sepultus est, postquam ibidem Saulum Regem unxerat. *1. Sam. X. 1.* Tum deniq; ex eadem Civitate oriundus erat ille Josephus, qui mortuo Christo suum grabatum concessit.

Sichem seu *Ephron* proxima montibus Garizim, Bethel & Dan, quo Abraham & Jacob quondam concesserunt habitatum, devastata est à Jacobi filiis ob defloratam sororem Dinam, *Gen. XXXIV. 2.* quod idem ei contigit ab Abimelech. *Jud. IX. v. 5.* Sed restauravit eandem Jeroboam. *1. Reg. XII. 25.*

Machmas limitibus hujus terræ versus Tribum Benjamin proxima est, ista, ubi Mater Domini observavit filium JESUM abesse, & Hierosolymis remansit-

mansisse, quo & revertebatur. *Luc. II.*
 4. Atque huc etiam Jonathanem Mac-
 cabæum habitatum concessisse *1. Macc.*
IX. v. 73. legimus.

Tamnath Hares incoluit Josua, & se-
 pulchro suo Solis figurâ insignito, eò
 quòd precibus suis Solis cursum inhi-
 buerat, locum reddidit celebriorem,
Jud. II. 9.

De Tribu Gaad.

SIta est ea terra inter Tribum Ruben,
 & dimidiam Tribum *Manasse*; ver-
 sus ortum à deserto Arabiæ seu regio-
 ne Philadelphiâ, secernitur rupibus Ar-
 non, & montibus Galaad: versus oc-
 casum terminus ejus Tribus est Jorda-
 nus, versus Septentrionem torrente Ja-
 bock, exceptâ urbe Mahanain, à Tribu
 Manasse secernitur. Eadem illa Tri-
 bus in sex divisa familias, *Sephonis, Ag-
 gij, Oznij, Herij, Arodi & Arielti*, occupa-
 vit ultra Jordanem mediam Amor-
 rhæorum terram. Levitarum urbes

C 4

erant

erant in eâ hæ: *Ramoth Galaad*, quam Achab eripere volens Syriæ Regibus, ictu sagittæ juxta, Micham periit. 3. Reg. IV. *Mahanaim, Jazer & Maspha.*

Torrentes Arnon exiliunt ab uno saxo montium Galaad, & unus ad Jordanem vertitur, ut dividit tribum Gad, alter autem fluit in mare Mortuum. Notandum, in hac tribu *desertum Mahanaim*, juxta *Jaboc* torrentem, ubi Jacobo Esavi fratris violentam irruptionem timenti, apparuerunt aliquot exercitus Angelorum, undè & *ille locus nomen est sortitus.* Postea ibi urbs quoque exstructa est, in quâ David aliquamdiu fugiens Absolonem latitavit, ubi & *Isboseth* Sauli filius regnavit.

Rabba, quæ dein à Ptolom. Philadelpho, Philadelphia dicta est, ob fontem torrentis *Jaboc*, Urbs aquarum dicitur; eam David Duce Joab expugnavit, postquam *Uriam* Hethitem ibidem gladio *Ammonitarum* occidisset.

Thesbe

Thesbe Eliæ Prophetæ patria, sita est ferè in media Tribu Gad; à quâ ille *Thesbites* appellatur.

Maspha illa urbs est, ubi habitans *Jephte*, Israëlè per annos aliquot iudicavit. Huc rediit ex victoria contra gentes vicinas *Ammonitas*, obviam habuit filiam, quam ex precipitanti voto victimam obtulisse putatur, postquam in montibus *Galaad* cum aliis virginitatem deplorâisset, quam ipsam ibidem virgines *Israelis* quotannis quatuor diebus deplorârunt: (loquimur autem cum *Scriptura*, de sensu nunc non disputamus.) Eadem urbs non procul abest à montibus *Galaad*, & reperitur in extremâ parte septentrionali Tribus *Gad*.

Propè *Salcum Ephraim*, superatus in prælio *Absolon* à Patre Rege *Davide*, de arbore pendens à *Joabo* transfossus est. Ea silva repleta erat feris animalibus, à quibus multos esse ex *Absolonis* exercitu dilaceratos, narrat *Hieronymus*; hinc puto *Davidem* adeò contri-

statum fuisse, existimavit enim filium Absolonem per transfossionem suspensum, à bestiis dilaceratum fuisse, ita ut ejus videndi copiam non habere amplius posset.

De Tribu Isaschar.

Retrocedendum nunc ad *Galileam*, optimam *Syriæ* Provinciam, *Libano* & *Samariâ* terminatam. Dividitur ea in *superiorem* & *inferiorem*. Superior continet Tribum *Naphthalim* & *Aser*, quæ & *Galilæa gentium* dicitur, eò quòd iis est proxima, vel quòd *Salomon* Regi *Tyriarum* gentium *Hiram* XX. ejus urbes dono dedit. Inferior, Tribus *Zabulon* & *Isaschar* complectitur. Initiò sola illa pars, quæ mari erat vicina. nomen *Galilææ* tuebatur, sed annorum decursu idem hoc nomen quoque vicinis partibus obtigit, & hinc alia facta est superior, alia inferior. Ultramque *Galilæam* *Christus* in diebus carnis suæ præsentiam suam cohonestavit, unde

de

dè & Galilæus ab hostibus & Juliano dictus est. Josephus suâ tempestate CCCCIV. urbes & pagos in eâ terrâ numeravit, quorum minima, eodem teste *de bell. jud. lib. 3. cap. 2.* plusquam 15000. colonorum habuit.

Ætate Christi Galilæi Judæis exosi erant, eò quòd plurimi ex illis prognati fuerant, quos Salmanasser ex Assyria eo miserat; tùm &, quia in religionis negotio non idem cum Israëlitis sentiebant; & denique quia lingvâ & moribus discrepabant.

In terrâ Galilææ reperitur tribus *Isaschar*, cujus familiæ quatuor; *Thola*, *Phua*, *Jasub* & *Semram*, constantes sexaginta quatuor mille & trecentis; sedes suas fixerunt intra mare Galilææ, torrentem Cison, qui duo maria, Galilææ & occidentale connectit, mare Magnum & tribum Manasse. Tractus montium Hermon & Gelboë, potissimam hujus tribus partem ambitu suo complectitur. Urbes Sacerdotales continebat istas: *Cefion*, *Dabereth*, *A.*

58. DE TRIBU ISASCHAR:
*nem, Cedus, Ramoth Engannim, Rooba
& Jaramoth.*

Gelboë montes steriles & petrosi, à fonte Jezraëlis versus ortum extenduntur Ramoth usque. In iis Saul contra Philistæos bella gerens, cum filio Jonathan interfectus est: Quamobrem David illis montibus maledixit, ne illos unquam pluvia aut ros humectaret. 2. Samuel. I. 21. 2. Paral. IX. 20.

Hermon mons, ab oriente à mari Genezareth extenditur Nain usque, ubi Christus viduæ filium resuscitavit: Ejus longè melior erat conditio ob fecunditatem, quâ fiebat, ut pratum esset jumentis Hierosolymæ ad victimam DEO offerendis.

*Mons Carmel, situs in hujus terræ parte occidentali, perparum distat ab amne Kison, ubi is mari magno miscetur. Præbebat iste mons gratam habitationem Eliæ, Elisæ, & Prophetarum filiis, quorum simiæ his temporibus Monachi, inde Carmelitæ dicti, esse gestiant, ut notum est ex *Hospin. de Monachis**

nachis. cap. 3. l. 6. p. 192. In isto monte constitutus Elias cœlum suis precibus reddidit nubilum 2. *Reg. II. 35.* De ejusdem montis arboribus frugiferis, vineis, odoriferis herbis &c. multa habent sacræ literæ. Ob ejus fertilitatem *Carmel* appellativè sæpè pro loco fertili sumitur, ut 2. *Paral. XXVI. 10. Jer. II, 7. Vos deduxi in terram Carmeli h. e. fertilem, quorum similia vide in Annot. Bibl. B. Parent. V. 1. p. 363. § 6 25.*

Terra Naïd Carmelo vicina, inhabitata fuit à Caino, ubi & civitatem extruxit, ut habet Joseph. l. 1. Antiq. c. 4. Post Lamech ibidem eum ex improviso sagittâ dicitur occidisse.

Suna civitas propè fontem Jezraëlis, vidit Carmelo Hierichuntem identidem transeuntem Elisam, qui filium Sunamitidis resuscitavit. Et Abisach fuit virgo Sunamitis, quæ capulo proximum Davidem noctu calefecit in sinu 1. Reg. 1. 3.

Endor in montis Hermon cacumine extructa, est, ex mente Josephi ille locus,

cus,

60 DE TRIBU ISASCHAR.
cus, ubi Abrahamum quondam Mel-
chisedeck pane & vino refecit. *Genes.*
XIV. 18. Ibidem post aliquot tempora
Pythonissa stitit Saulo Pseudo Samue-
lem 1. *Sam. XXVIII. 23.*

De Tribu Juda.

Videndum tandem & regnum Ju-
da, undè meritò debuisset fieri
initium, quippe quod ipsum duabus
tribubus constans, Judâ & Benjamin,
cæteris tribubus ad Jeroboamum à
Roboamo deficientibus, stirpi Davi-
dis Hierosolymis regnanti semper ad-
hæsit. Juda, Jacobi ex Lea filius, de se
prognatos ex tribus familiis, *Sela, Pha-
rez & Zare*, in hanc terram misit septu-
aginta sex mille quingentos, quibus o-
mnibus fors assignavit portionem,
quæ est inter mare mortuum, montes
Seir h. e. hirsutos, seu Esau, montana,
Judææ & tribum Benjamin. Ista Tri-
bus reliquis semper imperavit, adeò ut
& sæpius cæteræ tribus hujus partes
ha-

DE TRIBU JUDA. 61

habeantur, sicut varia ad tribum Si-
meon & Dan spectantia, in medullis
Judææ contigisse sacræ literæ narrant.

Nuncupatur aliàs *Daroma interior*.
i. e. propriè sic dictum medulla. In ejus
Terræ latebris se ut plurimum abscon-
debat David Saulum fugiens. Hic
enim est *desertum Engaddi & Ziph*, *Sal-
tus Areth*, *Hachila urbs*, *Sela Mabelcoth*,
locus agri Ziphani; *Ceila civitas*, *Petra
in deserto Maon*, *Spalunca Odollam &c.*
Terra, præterquam quòd raros habet
fluvios, satis vivendo apta. Levitæ in
ea hæc possederunt; *Hebron*, *Lebna*,
Estbeni, *Jether*, *Jethan & Holon*.

Hebron primùm *Arbel* dicta, in cen-
tro quasi Judææ sita, agrum Damasce-
num habet ab Austro, & sepulturæ lo-
cum præbuit Abrahamo, Isaac, & Ja-
cobo Patriarchis: Ad eam civitatem
sanctam, Absolon & alii vota soluturi
se conferebant in honorem Patriar-
charum. Eadem urbs expugnata à Ca-
leb, Hebron unius filii Caleb nomen
sortita est, ut ait *Hieron. de loc. Ebr. T. 3.*

PAG. 87.

62. DE TRIBU JUDA.

pag. 87. quamvis per anticipationem, jam temporibus Abraham, a Mose Hebron dicatur & sapè in libro Genesis. Ista ante Hierosolymam regia civitas Davidis nuncupabatur; post sacerdotibus concessa, facta est Johannis Bapt. patria, cujus parens ibi eundem abdidit, ne simul periret cum infantibus Bethlemiticis.

Convallis Mambre Hebroni proxima, ubi sub quercu Abraham tres excepit hospicio, qui Angeli dicuntur, missi nunciatum Abraham interitum Pentapoleos. *Genes. 18.*

Spelunca Loti propè oppidum Engaddi, inquinata est Loti concubitu cum filiabus suis, quæ Moab & Ammon magnarum gentium Patres pepererunt Circa hanc, statuam talis se suâ tempestate adhuc oculis usurpasse, memorat *Joseph. Antiq. l. 1. c. 10.*

Carmel mons itinere duorum milliarum à montibus Seir dissitus, diversus est à monte cognomine tribus Issachar, juxta mare magnum, ubi Propheta:

phetarum schola erat. Hic habitabat
torvus Nabal Carmelites dictus 1. Sam.
XXVII. 3. cujus Abigaëlem duxit Da-
vid. Ibidem & Saul triumphabat de
Amalecitis devictis 1. Sam. XV. 12.

Bethlehem septentrionalis Judæ ci-
vitas, cognomine Ephrata à conjuge
Calebi; Item civitas David, qui ibi-
dem natus est, Bethlehem Juda dicitur
Matth. II. v. 6. ad differentiam Galilææ.
Mitto, quod Ebimelech maritus Naë-
mi, & Abessa Judex eandem patriam
habuerint. Sufficit, nos scire, Mari-
am Virginem obumbratam à Sp. S. hic
peperisse Jesum Orbis Redemptorem:
quod ipsum num in rupe propè mu-
rum Bethlehem, qui locus pastoribus
stabuli instar fuerit, acciderit, non dis-
puto cum *Bredenbachio* & *Brocardo*,
Hieronymus has terras perlustrans, ex
hac speluncâ aliquam scripsit episto-
lam. *Schulter. l. 1. Exerc. sac. c. 50.* putat
præsepe esse nomen diversorii, es sey
Das Wirthshaus zur Krippen ge-
wesen. Alia hac de re notavit *Casaub.*
Exerc.

Exerc. 2. ad ann. Baron. f. 1. Post trecen-
tos & plures annos, splendidissimum
templum ab Helena Constant. M. Ma-
tre isti specui superstructum est, quæ
eadem Helenâ in vicinâ plagâ orienta-
li fanum ædificavit S. Angelorum, qui
magnum Christo nato Pastoribus gau-
dium annunciârunt: Atque hic is ipsi-
us locus est, ubi multos annos antè su-
um gregem Jacob paverat, teste Jose-
pho.

Emabus Cleophæ patria, proximè
cohærens tribui Benjamin, itinere du-
orum milliarium Hierosolymâ distat,
ubi discipuli è panis fragio Christum
agnoverunt resuscitatum.

*De parte dimidiâ tribus Ma-
nasse, ultra Jordanem.*

Terminus hujus Terræ occidenta-
lis est *Jordanis* fluvius, meridio-
nalis tribus *Gad* vel *Jaboc* torrens, ori-
entalis tractus montium *Hermon* &
Seir, qui montes uno nomine à *Brocar-*
do

do dicuntur *Galaad*: Septentrionalis, pars montium *Libani* & *Abana* fluvius, seu *Syria Damasci*.

Familia ejus tribus *Machir* & *Gala*, constantes quingvagenta duobus milibus & septingentis viris, Levitarum loco hanc & alteram Terræ sortem occuparunt. - *Urbes Levitarum* hujus dimidiæ Tribus erant *Bosra*, *Gaulon* & *Asharoth*.

Hermon & *Seir* montes, aliàs communi nomine *Galaad* nuncupantur sortitomen à lapidibus seu acervo testimonii, propè quem Jacob cum Labano rediit in gratiam. Etenim in eo montium tractu Jacob redux ex Mesopotamiâ, gregem refecit (est enim mons pascuus,) & sequens eum socer Laban offendit.

Hermon septentrionem versus cum Libano copulatur, meridiem versus cum montibus *Seir*. In eorum montium summitate perpetuò reperiuntur nives, quibus Tyrii æstivum potum refrigerare consueverunt. Cir-

ca eos

66 DE TRIBU MANASSE.
ca eos montes Og Rex Basan aliquam-
diu habitavit.

Seir nomen accepit ab *Esavo* hirsu-
co, possessore ejus montis; undè &
commodè fratri *Jacobo* ex *Mesopota-*
miâ domum revertenti, ire obviam
potuit. De istis montibus *Brocardus*
hæc habet; ultra *Jordanem* reperiri
varios montes, *Seir, Hermon, Libani &*
Galaad. qui tamen omnes sunt unus
continuus mons, montem autem *Ga-*
laad esse altissimum, atque ideò vide-
ri reliquorum caput. *Nigr. in Geogr. Syr.*
comm. l. 4. scribit, esse omnes illos unū
montem, sed in diversis cacuminibus
diversis vocari nominibus.

Basan erat terra pingvis & foecun-
dissima, cujus vaccæ in sacris com-
mendantur. Sed & ibi præstantissi-
mæ & glandiferæ quercus reperiebantur,
quæ porcis pabulum præbebant
optatissimum, & in sui amorem ra-
piebant incolas, ut potiùs vicini *Ger-*
geseni Christo, quam istis suis vel-
lent carere.

Assba

DE TRIBU MANASSE. 67

Astharoth Civitas domicilium Jobi
era, postmodò dicta *Carnea*, teste *Hie-*
ron. de loc. Hebr. lit. C. Ex hac urbe de-
nique oriundus *Ozias*, exercitus *Da-*
vidis Dux insignis.

Damascus est urbs finitima, lambens
septentrionalem Tribus *Manasse* par-
tem, per quam *Abana* fluit, *Pharphar*
autem hortos irrigans, proximè eam
præterfluit. Huc *Paulus* instructus
literis sacerdotalibus *Hierosolymis*
contendebat, captivos ductum fideles
Christi assertores. In hujus urbis a-
gro terræ color rubet, & ea adeò mol-
lis est, ut ceræ similis videatur. Ex e-
jus pulvere *Adami* corpus fuisse com-
pactum, & indè in *Paradysum* dela-
tum nonnulli statuunt. *Luth.* dicit,
Paradysum fuisse totam terram.

Bethsaide desertum gramine abun-
dans, eo nomine memoratu dignum
est, quòd in eo *Christus* quinque pani-
bus, & duobus piscibus satiavit quin-
q; virorum millia, præter mulieres & te-
ne-

68 DE TRIBU MANASSE.

nerioris ætatis liberos; nam nusquam minores ac mulieres apud Judæos in censum venire solent.

Carazim una est ex decem urbibus, quæ Decapolis dicebantur, sita in extremitate septentrionali maris Galilææ. Ibi suum Christus fixerat habitaculum: Unde & Civitas Domini dicitur.

Kedar urbs in montanis Seir, cujus meminit *David Psal. CXX. 5.* & passim alibi. Tabernacula Kedar erant à mercatoribus, in amœnissimis locis mercaturas exercentibus erecta, pulchrisq; coloribus intrinsecus tincta, quæ respicit *Salomon Cant. I. v. 5.* quæquam in hoc loco, tam ista mercatorum tabernacula, quàm papiliones, seu tentoria Salomonis, quibus sub dio venerationi vacans utebatur, notantur; quorum tamen hæc illis erant simillima, foris quippe Solis æstu, imbribus ventis & reliquis aëris injuriis adusta & horrida, intus verò aureo & argenteo & gemmatum atque colorum or-

nata

natu splendida atqve magnifica. *Conf. Mart. del Rio Adag. Sacr. V. T. b. l.*

Jabes Galaad est Civitas, sita in monte ad Hieromacem fluvium, quæ per Regem Sanlum liberata est ab obsidione Naas Ammonitarum Regis, omnes incolas dextro oculo privare gestientis *1. Sam. XI. 1. 2.* Ne quis autem Saulum in ingratos beneficium contulisse putaret, iidem Regis ac filiorum cadavera à Philistæis, ex patibulis Bethlan suspensa, armatâ manu repetiere, atqve terræ honestè demanderunt *1. Sam. 31. 11. & seq. 1. Paral. 11. 11.*

Gergesa exstructa à Gergesio, filio quinto Canaan, *Genes. X. v. 15.* cujus ejctis posteris, Manassæi eandem occuparunt. Ibi Christus succurrit obsessis à Dæmone, Diabolos cum porcis in mare Galilææ, seu, ut nonnulli volunt, in lacum Gadaræ (de quo *Serapio* refert, quod adeò noxius sit, ut pecora eâ aqvâ gustatâ, mox pilos, cornua & ungues amittant) præcipientes egit; quod cum subulci divulgassent,
Chri-

Christus ex illis locis discedere iussus est. Ea loca vicina fuerunt Arabiæ, undè & fortè isti porci fuerunt Arabum inter Judæos viventium. Quid de *Strabonis* sententiâ sit iudicandum, qui *Gadaridem* maritimam inter *Stratonis* turrim & *Azotum* collocat; vide *Casaub. in Not. ad Marc. V. 1.*

Hoba, eò usque *Abraham* insequēbatur Reges *Assyriorum*, reducens è captivitate nepotem *Loth.* *Genes. XIV. 15.* estque castellum *Damasci* haud procul dissitum.

Pella est Civitas sita ad radices montis *Seir*, quæ tempestate *T. Vespas. pi.* os *Hierosolymis* fugientes excepit.

Turris Libani, ista est quam *Salomon* ad eò excelsam exstruxit, ut inde tota *Damascus* oculis usurpari potuerit; Atque huc tendunt verba *Cant. VII. 4.* ubi nasum *Sponsæ suæ Salomon* comparat cum turre *Libani*, hoc est, ut *Mart. Del Rio Adag. Sacr. V. T. b. l. ex Cypriano Cisterciensi* explicat, cum fortitudinem, tum candorem, integritatem
vitas

vita atque venustatem ejus commen-
dat. **IN** enim seu *nasus*, indignatio-
nem notat; *turris*, & ea quidem in fini-
bus terræ sanctæ contra impetus Syro-
rum & præcipuè Damasci exstructa,
audaciâ *Damasco* (i.e. Sangvinis sacco,
seu carni & sanguini, & principibus,
item potestatibusq; tenebrarum me-
tuendam designat: *Libanus* denique
candorem tum animi tum pulchritu-
dinem corporis innuit, quibus notat
Sponsam suam esse ornatissimam.

*Tribus dimidia Manasse,
cis Jordanem.*

Alter illa pars tribus Manasse sita
est in Samaria, cis Jordanem, &
clauditur ab utroque latere terris E-
phraim & Isaschar. Levitis concessit
inhabitandas urbes, *Tanach*, *Balaam*,
Aner & *Getbremmon*.

Antipatrida dixerunt urbem am-
plissimam, ab Herodis Patre Antipa-
tro, quo S. Paulus captivus deductus
D fuit

72 DE TRIBU MANASSE.

fuit *Actor. XXIII. 31.* ibi nunc nihil nisi villa, Assur dicta, conspicitur, teste *Brocardo*. Ejus urbis occidentale latas claudit mare Magnum.

Cesaream Palaestina seu *Tarrim Stratonis*, Herodes arca munivit, in terram seditiosorum Judæorum, sitam ad mare Mediterraneum. Hic Herodes, veste indutus splendidâ procedens in publicum, ac DEUS à populo habitus, Angeli plagis percussus, miserè animam exspiravit. *Actor. XII. 23.* Cornelius à Petro *Act. X. 44.* conversus, eam urbem incoluit. In istius Herodis Prætorio, Paulus biennium captivus detentus, tandem ad Cæsarem provocavit.

Bethsan seu *Scythopolis*, urbs Decapoleos, est illa undè non potuerunt Manassæ; Philistæos ejicere, dicitur domus *San* sive hostis. De ejusdem muro suspensum corpus Saulis exanime, *1. Sam. XXXI. 10.* Sita est haud procul à mari Genezareth & Jordane, in extremâ parte tribus Manasse, versus ortum.

Jezrael

Jezrael urbs regia fuit Regum Israël, sita propè terminum occidentalem montium *Gelboë*, ubi Tribus *Isaschar* à *Manasse* secernitur; memorabilis est ob occisum lapidibus *Naboth*, & præcipitium Regine *Jesabel* de fenestra: non procul indè & *Rex Joram* interfectus est.

Thersa regia Israëlitarum, sedes fuit usque ad ædificatam per *Amri* *Samariam*: sita in monte. *Conf. 1. Reg. XVI. 25.*

Bethsech gubernavit *Adonibeseck*, qui pœnam talionis expertus, mutilatus est eodem modo summitatibus pedum atque manuum, uti & ipse antea *LXX. Regibus* fecerat.

Mons Prophetarum reperitur in hujus Tribus medietate, qui centum Prophetas persecutionibus expositos occultavit, pane & vino sustentatos ab *Abdiâ*, aulæ *Achabi* Præfecto. *1. Reg. XVIII. 4.*

Haud procul ab *Ennon* & *Salem* ad *Jordanem* *Johannes* quoque baptis-

74 DE TRIBU MANASSE.
ma administravit. Eadem illa terra
à mari Galilææ ad mare mortuum se
extendens, ob fecunditatē, Vallis il-
lustris dicitur *Genes. XIII. 10.* quo Loth
ab Abrahamo emigrabat.

Salem est, quo Jacob concessit, post-
quam cum fratre rediisset in gratiam
Genes. XXXIII. 18. Ibidem & Melchi-
sedechum, cujus mentio fit *Genes. XIV.*
18. habitasse, putat *Heidmannus* ad Jor-
danem, in angulo T. Isaschar.

De Tribu Naphthalim.

Constabat ea quatuor familiis, *Je-*
Casiel, Guni, Jeser & Selem, seu qua-
draginta quinque millibus virorum &
quadringentis. Atque hi occupabant
terram suam ad orientē Aser, ad meri-
diem montis Libani, ad occasum Jor-
danis, & ad septentrionem tribus Za-
bulon marisque Galilææ: Levitarum ci-
vitates fuerunt, *Cariathaim, Hamon,*
Carthan, Anothdor & Cedes.

Libanus thus & niveum quid signifi-
cans

DE TRIBU NAPHTHALIM. 75

cans, est mons fragrantissimis fructibus ac nivibus abundans & albescens. Ille est terminus Terræ Sanctæ Boream versus, ex cujus radicibus scaturiunt saluberrimæ aquæ Jordanis, Eleutheri, fontis hortorum &c. Est ille mons omnium Syriæ montium altissimus, neque istum tractum montium latis potest commendare *Oseas c. XIV. 6. 7.* *Salvus Libani* in sacris notat sylvam, in vel circa montem Libanum; cujus Cedri & immarcescibiles & maximè sublimes sunt, undè & cum iis nonnunquam superbi in Sacris lit. comparantur.

In deserto Capernaum, haud proculà mari Genezareth, *mons Christi* situs est, quem ille sapiùs oratum & concionatum conscendit. Atque hîc monstratur adhuc lapis peregrinantibus, cui insidens Christus habuisse dicitur prolixum sermonem *capp. 5. 6. & 7. Matth.* expressum.

Prope hanc Tribum versus septentrionem, *Hortorum fluvius* humectat &

76 DE TRIBU NAPHTHALIM.
fecundat hortos Tripolis ac Libani,
ejus meminit Salomo *Cant. IV. 15.* E-
undem *Joseph. de bell. Jud. l. 7 c. 24.* Sab-
baticum nominat, quia per sextidum
velocissimè fluit, sic ut eum nemo
transire possit; in Sabbatho verò Ju-
daico ejus aquæ consistunt, quo die
aliàs Judæis navigationes fuerant pro-
hibitæ. Hinc commenti sunt, cum
Fluvium obstitisse, quò minus Israëlitz
ex captivitate in suam Terram redire
adhuc potuerint; nam ab Aquilone
Babylonii Palæstinam introibant.

Emath, ab undecimo filio Canaan
condita, juxta Libanum & torrentem
Eleutherum sita, regioni nomen de-
dit: Atque eo usque exploratores to-
tius terræ Canaan à Mose ablegati
sunt *Num. XIII. v. 22.* Est enim termi-
nus Terræ Sanctæ versus Septentrionem,
& solet ejus longitudo in sa-
cris huic Emath & fluvio Ægypti in-
cludi.

Aser, in campo propè tribum Aser
exstructa, quondam Cananitarum Me-

tro-

DE TRIBU NAPHTHALIM. 77

tropolis erat, sed in cineres à Josua redacta, ex quo ejus Regem Jabin cum viginti quatuor alijs, & maximo exercitu, ad aquas Meron, in fugam conjecerat. *Jos. XI. 5.*

Nephtalium urbs regni Israëliti in-
signis, contigua Tribui Zabulon, fuit
Patria Tobiaë, ubi & vixit, usque dum
à Salmanassare cum reliquis Israëlitis
in alienam terram abductus est.

Dan, quæ olim Lesen & Lais dice-
batur, condita est, ubi Jor & Dan in
unum coeunt, terminatq; Terram
Sanctam, uti ab Austro Bersabe: undè
fit, ut quoties tota Terra Sancta ver-
ba comprehendenda est, Script. dicat
à Dan usque ad Bersabe. Num & in
hac urbe, exemplo primorum incola-
rum, vitulum aureum seu idolum ere-
xerit Jeroboam, in medio relinqui-
mus. Circa illam Christus quæsit
ex Apostolis, quis esset, cui Petrus re-
spondit; *Tu es Christus filius DEI vivi.*
Inhabitabat eam Hæmarthoëssa, quæ
quas in animi grati signum præ fori-
bus

78 DE TRIBU NAPHTHALIM.
bus suæ domus erexerit statuas, memi-
nit *Adrichom. in Theatr. Terra S. ad b. l.*
pag. 106.

Capernaum, amplissima Decapoleos
urbs, sita in ore Jordanis, se in mare Ga-
lilææ effluentis. Eò, se Christus pu-
blicè docere incipiens, relicto patrio
solo, Nazareth habitatum contulit,
undè & Capernaum Civitas Domini
dicitur; quam quibus signis quæ siverit
Dominus convertere, passim legere
est in sacris, ubi & interitus ejus, quem
ingratitude in Christum fuerat pro-
merita, explicatur, veluti *Matth. XI.*
23. Luc. A. 15.

Tribus Ruben.

Posterius *Rubenis* primogeniti Jacobi,
annorum XX. & ultra, quadragies-
ter mille septingenti & triginta, orti à
capitibus *Hanoch, Pallu, Hesron & Char-*
mi (*Num. XXVI. 5.*) ultra Jordanem o-
rientem & austrum versus, nacti sunt
in regione Moab sui peculii terram: in
qua

qua Tribu Levitarum urbes hæ fuerunt: *Cademoth, Misor, Esibon, Bosor, Mephat & Jaso.*

Notari in ea Tribu hæc debent: *Israëlitæ juxta Sartam, siccis pedibus Jordanis fluvium transierunt. Campes tria Moab eò commemoratu digna sunt, quod Moses in iis, populo numerato, Josuam successorem sibi constituit, ibidemq; Israëli benedicens cygneam, quod ajunt, cantilenam eantavit. Circa eundem locum Elias vivus igneo curru in cælum conscendit. Bethabamm (alii Bethaniam) alluit Jordanus: Eo in loco Johannes in deserto baptizans ad pœnitentiam, Auditoribus suis Christum ostendit digito, quò plurimi olim renasci cupientes, concesserunt: Eodem primi Christiani remittebant eos, qui Theologiam, de Mysterio Trinitatis cupiebant discere.*

Neque procul hinc abest *Macherus*, castellum Herodis, ubi Johannis captivus ab Herode Antipâ capite fuit trax-

80 DE TRIBU RUBEN.
catus. In *Abarim*, montium altissimo
Nebo, (ut ad hunc montem se Terra S.
habet, debemus Eam hic cōsiderare.)
Moses oculis perlustravit universam
Terram Sanctam: Ad ejusdem montis
radices in speluncâ, abdidisse putatur
Jeremias ignem perpetuum: ibidem
& Balaam Israëlitis benedixit.

De Tribu Simeon.

S*imeon* Tribus in quinque divisa par-
tes, *Nemuel, Jamin, Joachin, Zare*
& *Saul*, constabat viginti duobus mil-
le & ducentis viris, qui hæreditatem
suam occuparunt, extremam austra-
lem Terræ promissionis partem, eamq;
arenosam, sitam inter mare Mediterra-
neum, torrentem seu fluvium Ægypti,
montana Judææ & torrentem *Sorek*,
Judæ tribui initio attributam; undè
& nonnullæ hujus Tribus & tribus Dan
Civitates citantur, quasi adhuc tribus
Judæ propriæ. Irrigat istam torrens
Befor. Levitarum urbes istæ erant,
Asan, Dabir, & Aen.

Torens

DE TRIBU SIMEON. 81

Torrents meridionalis in sacris *Genes.*
XV. 18 fluvius Ægypti, dicitur, eò quod
Ægypto est propior: promanat ex de-
serto Arabiæ, in mare occidentale pro-
pè Rhinocoruram, à qua iste torrentis
apud LXX. nomen fortius est.

Rhinocorura, dictum oppidum ab am-
putatione narium, quâ incolas casti-
gasse Rex Persarum dicitur à *Seneca*
l. 3. de irâ c. 20.

Iter in Ægyptum ex Palæstina faci-
entibus, veluti puero JESU cum Ma-
ria & Josepho Herodé fugienti, trans-
eunda Rhinocorura & terræ periculo-
sissimæ; tum Casius mons satis notus,
à Jovis fano & sepulchro Pompeji, de-
in Sirbonis lacus (quem lacui Alphal-
titis simillimum vult *Strabo* l. 16.) & i-
psa deniq; Nili ostia.

Circa terminum occidentalem mon-
tium Seit, in deserto Pharan, est *fons A-*
gar, ubi Angelus ostensâ aqvâ sitien-
tem matrem cum filio Ismaële refecit:
Qvo Ismaël etiam amore hujus loci
ductus concessit; cujus Posterii Aga-
reni sive Saraceni sunt vocati.

Bersaba vel *Bersabe*, puteus jura menti, sic dictus, eò quod Abraham & Isaac cum Abimelecho Rege Gerare, præstitâ juratoria cautione, fœdus ibi pepigerunt. Alluit hanc urbem torrens *Befor*, quem Terræ Sanctæ terminum versus Austrum constituunt. Mti loco, quippe in quo S. Patriarchæ habitârunt, ipsi, sancti quid inesse censuerunt, atque eo sunt peregrinati *Amos. V. 5. c. VIII. 14.*

Notum est ex *1. Sam. VIII. 2.* quid ibi a filiis Samuelis commissum sit. In deserto *Bersabæ* *Elias* *Jezebelem* fugiens substitit *1. Reg. XIX. 3.* ubi sub junipero dormiens, ab Angelo cibus est. Hæ & nonnullæ aliæ urbes Judæ dicuntur, vel quod olim tribus Judæ fuerint, vel quod bello aut alio pacto ad Reges Judæ perductæ sint.

Gerara, ad *Befor* amnem sita, patria erat *Isaaci*, quem Pater in montem *Morija* deduxit ex *DEI* mandato immolandum *Gen. XX. 1.*

Ascalon, ab *Ascalo*, *Himenei* filio condita

aita, haud procul à torrente Sorek, in
 forma dimidiæ lunæ exstructa, non est
 exigua urbs maritima in quinque Sa-
 trapibus Philistæorum. In eâ natus He-
 rodes M. s. primus, infanticida, unde
 & Aſcalonita dicitur. Hanc urbem ce-
 pit Judas, *Jud. i.* Et hujus civibus occisis
 Samson abstulit vestes, quibus induit
 Oedipos sui ænigmatis. Huc appulit
 Jonathas, cujus Cives ipsi obviam pro-
 cedunt *i. Macc. c. X.*

Gaza, urbs Philistinorum primaria,
 non procul distita à mari Magno, cu-
 jus nominis hanc reddit causam *Mela*
l. i. c. ii. *In Palaestina est ingens & munita*
admodum Gaza. (sic Persæ ætatiū vo-
 cant) & inde nomen est, quòd cum *Cam-*
byses armis Ægyptum peteret, huc belli &
opes & pecuniam contulerat. Ejus por-
 tas Samson humeris suis impositas, in
 vicinum montem collocavit, tandem
 captus Gazæ excecatus, à Philistæo-
 rum Primatibus illusus, palatium dua-
 bus columnis innitens, (quod sacrum
 fuisse Dagoni, Philistæorum idolo, sibi

84 DE TRIBU SIMEON.
nonnulli persuadent) destruxit, inter-
fectus cum aliquot hominum milli-
bus. Murorum & Palatiorum ejus
fit mentio *Amos I & Zach. IX.* quæ igni
dicunt consumenda. Ejus Urbis me-
minit *Jer. c. XLVII.* quòd à Pharaone
fit oppressa.

De Tribu Zabulon.

Zabulonis Posterii sexaginta mille
& quadringenti, in tres familias,
Sared, Elon & Jasel divisi, per sortem fi-
xerunt habitacula in eâ Galilææ par-
te, quam ambit ab ortu mare Geneza-
reth, ab Austro & occasu torrens Ki-
son, à septentrione Jephthæi amnis
cum tribu Naphthalim. Levitarum ci-
vitates in hac Tribu istæ fuerunt: *Rem-
mon, Naalon, Tabor, Jecan & Carthæ.*
Habet ea Tribus varias urbes *Decapo-
leos, Plin. l. 5. c. 18.* quæ regio à decem
splendidissimis Urbibus inter Liba-
num, Sidonem, Bethsaa & Pellam ce-
lebre in sacris nomen habet, quarum
nomina hæc fuisse putamus: *Afor,*
Beth.

Bethsaida, Corazim, Capernaum, Dan, Tiberias, Kades, Naphtalim, Bethsan, Sephet, Jotapata.

Tabor, mons æqvabiliter rotundus in vertice planus, fragrantissimus & jucundo florum odore ad recreandos hominum sensus aptus, destinatus fuerat trāsfigurationi Christi, præsentibus Mose, Eliâ, Petro, Jacobo, & Johanne.

Ex ejus montis radicibus Cison torrentem oriri dixerim.

Nazareth Civitas, monti superstructa (undè commodè, dummodò licuisset, Judæi Christum præcipitare potuissent. Luc. IV. 29.) patria est Mariæ Virginis: Ibidem Christus conceptus, & ad annum usque sacerdot. s. tricesimū educatus est, undè in historiâ Evangelica Nazarenus & Galilæus identidem vocatur. De Domicilii Mariæ fabulosa translatione ab Angelis facta in agrū Pycænum, qui fuit fœminæ cujusdam Lauretanæ, vide Petr. Paul. Vergerij idol. Lauretan. & alios.

Bethu-

86 DE TRIBU ZABULON.

Bethulia adjacet fonti, cujus rivulū in mare Galilææ promanant, quæ ab obsidione Holofernis Ducis Assyriaci Judith, præscisso ejusdem capite liberavit.

Dothan, Bethuliâ unico distat milliari versus septentrionem, undè Elisa Syros Samariam, ad se captivum ducendum missos, excecatos per Isaschar & dimidiam tribum Manasse, aliquot dierum spatio deduxit. Habuit paciscuum agrum, ubi Joseph olim incidit in manus fratrum pecora pascentium: Cùm verò inde haud multum abesset via Regia, quæ ex Syria ducit in Ægyptum, Ilmaëlita per eam migrantes Josephum emtum in Ægyptum deportarunt.

Magdalum castrum, ibi situm est, ubi aquæ Bethulizæ mari Galilææ miscentur; ibi, quod nomen indicat, Maria Magdalena nata est & educata. Habet id nominis à splendidissimis turribus, quibus exornatum fuit. Undè Magdalenus etiam notat illum, qui
Magda-

Magdalo oriundus est, & alii ignorantes illud, nomen istud suis filiabus imponunt, quod æquè viris poterat tribui.

Cana Galilæa, cum addito *minor*, diversa est à *Cana* maiore, in Tribu Aler, & Galilææ, quàm alluit Jephthæel torrens. Eam celebrem reddidit Christus primo suo miraculo, dum ex aquâ vinum fecit in nuptiis Simonis Apostoli, ut vult *Niceph. Histor. Eccles. l. 8.* quamvis Abdias Babylonius velit, Servatorem ad has nuptias impediendas eam contendisse, qui tamen ipse matrimoniam istud, & nuptialis munere nuptiali comprobavit.

Tiberias, urbs Decapoleos, quæ olim Cenereth vocata, post Tiberias, in gratiam Tiberii Cæsaris, ab Herode dicta, mari etiam vicino suum nomen dedit. Ibi Matthæus satis diu corralis vectigalibus, in censum Apostolorum cooptatus est.

Bethsaida, itidem urbs Decapoleos, exstructa in angulo maris Galilææ, A-

qvi-

quilonem versus, cui subest desertum Bethsaidæ, trans mare Genezareth in dimidiâ tribu Manasse; quandoque civitas Petri & Andreæ dicitur, quippe qui hîc, perinde ut & Philippus, nati sunt. Ibidem & Salvator Dæmone obsessos, socrum Petri febris laborantem & alios item, pristinæ valetudini reddidit. Quibus miraculis eum nondum ad se agnoscendum incolas posset adducere, Væh illis ut & Corazainis denunciavit, quas minas hodierna istorum locorum devastatio non fuisse nullas, satis superq; comprobat.

Auctarium de Itinere populi Israëlitici, ex Ægypto per deserta Arabiæ, in Ter- ram promissio- nis.

DEderat Pharao, Jacobi seu Ismelis filii dono, Terram Gosen, inter Nilum fluvium & montes Sur sitam. Aliàs Ægyptus Delta dicitur, eo quod Nilus fluvius,

GREUS

ortus ex montibus Luna, in Africa per VII. ostia, se in mare Mediterraneum effundens, ambitu suo triquetram figuram efficit. Ostia ista septem hæc sunt: primum versus occasum propè Alexandriam, dicitur ostium Canopicum, secundum Bolbiticum, tertium Sebenniticum, quartum Mendesium, quintum Bathmiticum, sextum Thanicum, septimum Pelusianum. Psal. VII. LVII. & CV. 27. Ægyptus, regio Cham dicitur à Patre מצרים Chamo, & Hieron in Gen. notat; ad sua usque tempora Regionem hanc esse Cham dictam, Ægyptiorum idiomate. Per צהר multi Interp. in Psal. XXCVII. 4. Esa. XXX & c. I. VII. 9. Ægyptum etiam intelligunt, dictum à צהר corroboravit, extulit, ob summam Ægypti superbiam.

Urbes Ægypti præcipua sunt Tanais, Urbs Heroum, Python & Ramesse. In campis Tanais, Moses miracula complura edidit coràm Pharaone. Eò item miserat Jacob filios suos, frumenta emtum ingra vescente caritate annone. Urbs Hero-
um est, ubi Patrem adventantem summo
gaudio

gaudio excepit Josephus. Python, intus Nilum, ab Israëlitis indefesso labore extructa, ut & Ramesse Regibus Ægypti thesauros suos asservabant, isti quippe usus primitus destinatae. Ramesse convenere sexies centena millia armatorum Israëlitarum, ibidemq; primum comederunt Pascha itinere accincti.

Secunda populi mansio, erat propè Socoth, seu fluvium Trajan; atq; hinc prima tabernacula fixerunt Israëlita ex Ægypto migrantes.

Tertia mansio, erat in deserto Etham, ubi DEI comitatum in itinere impetrarunt, interdum in columniâ nubis, noctu columniâ igneâ viam Palestine Israëliti monstrantis. Hinc quartò attigere Phieroth, ubi montibus à Septentrione & Austro cinctos, atq; ab ortu mare Rubrum habentes, à tergo armatâ manu insequeretur Pharaon Israëlitas; quibus in acie, quod dicunt, novacula versantibus, Deus iter per mare rubrum ostendit; ibi, ubi ad VI. miliaria extenditur latitudo ejus. Sic is, qui mari ac venio imperare potest, siccum transicum concessio

cessit suo populo, Ægyptiis aqua suffocatis: quod & Joseph. l. 2. Antiqq. Jud. c. 7. describit. Scalig. in Exerc. ad Card. sententia est, in Erythrao mari astum tantum esse, ut osores literarum sacrarum mentiti sint, Mozen transisse siccam tellurem, usum nocte à reflexionis occasione, id quod, cum Judei ibi transferint, quò nunquam exsiccatio ista pertingit, fieri non potuit. Quinta Israelitarum mansio fuit, Amara, cujus aquas Moses injecto ligno condulcavit: undè Elim usque processit populus, ubi offendit Fontes XII. & Palmas LXX. totidem nempe, quot Christus habebat Apostolos & Discipulos. In deserto Sin comatus deficiebat, DEUS verò murmuranti populo promissum Manna porrigebat. Undecima mansio fuit Raphidim, ubi petra baculo percussa, aquam emisit restinguende siti Israëlitarum. Circa hunc locum Amalek precante Mose, populo victori succubuit. Duodecimis castris attigere montem Sinai, hodiè S. Catharine dictum, quem diversum esse à monte Horeb, apparet ex Syr. XLIX. 7. In isto DEUS legens

legem promulgavit populo, per integrum annum ibi commoranti, ubi tūm potissima peracta sunt, quæ in fine Exodi, toto Levit. initio Numer. leguntur. Hinc discedentes per varias Arabia partes, eum seruarunt ordinem, quem Drusius ad loca diffic. Num. cap IV. notat: Israëlita videlicet, videntes nubem adscendentem & sacerdotes tubis clangentes, profecti sunt; castra Jude initio, Levite ac plaustra inter Jude & Rubenis vexilla media; Cabatibite bajulierant arca, mensa, altarium & candelabrorum; Gersonite circa carros & plaustra versabantur: Merarite parietes erigebant Tabernaculi. Aaron medius erat inter vexillum Ruben & Ephraim. In vexillo Jude putant Leonem fuisse, cui tribui adjunctæ Isaschar & Zabulon; in Ruben hominem, cui adjunctæ Simeon & Gad; bovem in Ephraim, cui adjunctæ Manasse & Benjamin; Aquilam in vexillo Dan, cui additæ tribus Aser & Naphthali. Decima tertia mansio erat ad sepulchra concupiscentiæ ubi peribant multi, qui cœlesti pani Ægypti delicias prætulerant. Decima
 quarta

quarta mansio Asseroth memoratu digna
 est, ob Mirjam tumultuantem, & hoc no-
 mine divinitus lepra percussam. Cum
 versarentur Israhelites in mansione XV.
 Rethma, misit Moses in terram Canaan
 Speculatores XII. Qui cum vano timore
 percussissent Israhelitas, eos DEUS diutius
 voluit oberrare in deserto, retroductos ad
 Idumæam per mansiones varias, & ad mare
 denique rubrum. In quo retrogrado iti-
 nere pauca inveniuntur notatu digna præ-
 terquam quod Coreb, Dathan & Abiram
 in mansione XXIV. quæ vocabatur Tha-
 ra, propter seditionem motam, sunt à tellure
 absorpti; ubi tum & DEUS sacerdotum
 Aaronis confirmavit, virgulam ejusdem uni-
 cæ nocte virescente, Aliongaber erat man-
 sio XXXII. ; undè postea Salomon misit
 classem in Ophir. Post ergo profecti sunt
 ulterius in deserto Zin, versus terram Ca-
 naan. Cum Hor montem & fines E-
 domitarum attigissent, mansione XXXIV
 non potuit Israel ab Edomitibus impetrare,
 ut transitum ubi concederent: Deflexerunt
 ergo versus ortum per Salmona, Oboth,
 Icaba-

Icabarim, Dibongath, Helmon usque ad campestria Moab. *Confecto hoc itinere per Arabiam spacio XL. annorum, cum nullis interim infirmitatibus obnoxij fuissent, neque attriti eorum calcei aut vestes, per totum illud tempus, tandem siccis pedibus Jordanem transierunt, Terrasque, quod supra diximus, per sortem singulis tribubus assignatas, in promissionis terrâ occuparunt.* EDOM regio (Latine Idumaea) ab Esavo & posteris inculta, montibus undique cincta est: Cujus incolæ cum Israhel denegassent transitum, multo tempore post à Saulo superati, dignas pœnas dederunt. Tandem Hircanus eos adegit, ut circumciderentur, interq; Judeos censerentur: Joseph. l. 13. antiqq. c. 16. ARABIA, versus meridiem Palestinae sita, quandoque dicitur Hus, seu Æthiopia, velut Num. XII. 1. & alibi; estque triplex, Deserta, Felix & Petraea. Arabia deserta sterilis & arenosa est, & hinc merito deserta dicitur, ubi nec ulla hominum vestigia, nec ulla via publicæ: Hinc iter ibi facientes gnomone opus habent, perinde ut navigantes pyxide

pyxide nauticâ. Et sæpiùs homines alti arenis tecti, miserè ibidem intereunt. Aliiter hâc facientes, incredibili siti affliguntur, qua ipsâ non pauci pereunt. Sita est hac pars Arabia inter mare Rubrum, montes Seir, Arabiam petræam & felicem. Arabia felix attingit Oceanum, & meridionalem sinus Persici partem; estq; ejus insignis ubertas, sic, ut rustici non nisi odoratis lignis utantur. Arabia Petræa, propè Sinum Persicum, versus ortum se extendit, sic dicta ab oppido Petra, qua terra itidem est sterilis & arenosa; Ejusdem Urbis Medina, clara à sepulchro Mahumedis, quod ibi virtute magneticâ in aëre apparet pensile, à Muhammedanis eo nomine frequentari dicitur.



Observationes sacre

Geographica.

1. **D**E hodiernâ Terræ Sanctæ facie, sub Imperio Turcico, non sumus solliciti, quippè quæ parum juvat sacr. lit. Studiosos.

E

2. Ovan.

2. Quando Script. S. omnes Terræ regiones designat, sæpius dicit, *ab Oriente & ab occidente. Conf. Matth. II. 11, Luc. XIII. 29.*

3. Aquilo, in Sacris crebrò idem est quod *Babylonia*, *Jer. II. 14. cap. XIII. 20. cap. XLVII. 2. Zeph. II. 13.* Nam *Chaldæa & Assyria* Israelitis inter *Aquilonem & Eurum* sita est. Et sic dicitur *ratione invasionis*, quæ fiebat in *aquilonari parte Terræ S.*

4. Sicut apud Evangelistas & Apostolos, per *Græcos* intelliguntur omnes gentes alienæ à *Politia Judaicâ*, ita & apud *Syrum* Interp. *Syri & Armenj* easdem notant; *Syri* enim *contradistincti Judæis* proximæ *Judæis* gentes erant, atque omnium primi *idololatæ*, inter quos vixit & *Thare* parens *Abrahæ*.

5. Omnis aquarum tam dulcium, quam *falsarû* confluxus seu congregatio, *Hebræis mare* dicitur. Unde & *stagnum Genezareth*, quandoq; absolute *mare* nominatur. *Joh. VI. 17. & Gen. I.*

congregationes aquarum, *Mare* dicuntur.

6. Ubi in Bibliis *fluminis* sine addito fit mentio, Euphrates plerumq; intelligitur, ut *Gen.* XXXI. 2. *Num.* XXII. 5. *I. Reg.* XIV. 15. *II. Paral.* IX. 26. *Psal.* LXXII. 8. *Mich.* VII. 12. *Zach.* IX. 10. *Esd.* V. 3. c. VI. 6. &c. Sicut & *ἡγὰρ ἐξ Ἰουδαίῃς*, Nilus dicitur fluvius Ægypti.

7. *Deserta*, in verbo DEI non erant loca omnibus planè hominibus vacua, ut constat ex *I. Reg.* II. 34. Joab sepultus in domo suâ in deserto, *Jos.* 15, 61.

8. Terra Promissionis *cryptis* repleta erat subterraneis, *I. Sam.* XXIV. 33. *I. Mac.* I. 56. undè latrones delitescentes iter facientibus insultabant. Atq; eo intendit digitum Servator, vocans templum speluncam latronum, quippe in quo facinora latrociniis non dissimilia perpetrabantur.

9. In Sacris literis, sæpiùs *Ambs* pro latrone, *Job.* I. 15. *II. Paral.* XVII. 11. *Chaldeus* pro Astrologo, *Dan.* IV. 4. cap. XI. 10. & *Cananeus* pro mercatore.

fumitur, *Hof. XII. 7. Proverb. XXXI*
vers. 24.

10. Cùm Gabinus victoriam ab Alexandro reportâisset, Judææ integrum Regnū in quinque Toparchias distribuit, ad quas populus ortâ controversiâ se recipiebat; quales fuerunt *Hierusalem, Sedara, Hamath, Siporis & Jericho* teste *Joseph. antiq. l. 14. 11.* Longè post, Judæa in Toparchias XI. fuit dispersita.

11. Fundamentis solidis destituuntur, qui istum, quem S. lit. ignorant, Paradisi locum accuratè definiunt. Insigniùs hallucinantur quidam Patres, ad concavum lunæ eundem evehentes, quippe, quò aquæ diluvii non pertigerint, *Interp. P. Lomb. sentent. Mag. l. 2. dist. 17.* Gravissimè errant Alcorani compilatores, Paradisum, qui ipsis placebat, commenti, von den Juden/ und ihren Lügen/ quem ridet *B. Lutherus noster Tom. 8. Germ. Jen.* à quo errore parum absunt hodierni Judæi, quod habet *Buxtorf. Synag. Jud. cap 35. de sepulturâ mortuorum Judæorum.*

Nos.

Nos plura ex sacris non novim⁹, quàm quod locus in Oriente fuerit; de cujus fluvii tellure diluvii aquis, mirum in modum immutatâ, non habem⁹ quicquam certi, quod asseveremus.

12. Chaldæi כנרת reddunt גניסר, f. גניסר, undè Genezareth, ait *Drusus ad loc. diff. Num. c. 134.* ut sit ex גן hortus, & שריש principes; & notet hortum principum.

13. Tecta Palæstinorum plana erant; & transversis trabibus sustentabantur, cujusmodi exstructio etiam Salomonis templo contigerat. Hinc intelligitur, quid sit, II. *Sam. XI. 2. David ambulabat in tecto. Luc. V, 19. Conscendebant tectum, & per regularum dimittebant. Matth. X. 27. Predicate super tecta. Matth. XXIV. 17. Qui in tecto est, non descendat.*

14. Modus accumbendi priscorum, iste erat. Ponebatur in cœnaculo mensa rotunda, eaq; tripes, pedibus figuram animalis alicujus referentibus. Mensam cingebant tres lecti

Et 3

(hinc

(hinc enim Triclinii nomen) strati aulaeis aliove stragulo, in quibus cœnantes decumbebant, sic, ut capite leviter erecto, dorsoq; pulvinis suffulto, lævo cubito inniterentur. Singulos lectos terni solebant occupare, quæquam & nonnunquam quaterni, quod tamen habebatur sordidum. Primus pedes dorso secundi, secundus tertii dorso proximos habebat. Primus dicebatur summus, qui ad hujus pedes tertius, imus erat; qui medius inter illos accumbebat, dignissimus habebatur. Usu veniebat aliquando, ut in medio lecto unus tantum accumberet, omnium videlicet honoratissimus. Quod si duo accumberent, interior, isq; mensæ propior, erat honoratior. Servi sedentes ad subsellia comedebant, liberi ad Parentum pedes. Mulieres sedebant, non accumbebant, nisi fortè essent meretrices, quæ accumbebant. Hinc ergò intelligitur, quid sit, quod in Sacris sæpius leguntur aliqui discubuisse, quòd

quòd item discipulus inter cœnan-
dum recubuisse dicitur ad pectus Do-
mini: *Job. XIII. 24.* Sic deniq; com-
modiùs potuit Maria *Job. XII, 3.* vulgò
dicta Magdalena, stare ad pedes Jesu,
eosq; lachrymis rigare, capillis abster-
gere, & deniq; unguento delibuerè.

*Melle fluit terra hac promissa & lacte re-
dundat: [brofiã.*

Asi ea que sursum est, nectare & am-



index Rerum.

A	A.	Pag.		
Abana fluv.	65		Aquæ Terræ S.	10
Absolon occif.	56		Antilibanus	21
Accaron	44		Antipatrida	71
Acra mons.	35		Arabia triplex	94
Adama	15		Arbel	61
Agar fons.	81		Arabicus sinus	18
Ægyptus	89		Arnon torrens	54
Ægypti fluvius	81		Arx Antonia	39
Æthiopsis fons	44		Ascalon	82
Ahola & Aholiba	6		Aser, urbs	76
Amara	91		Asiongaber	93
			Asphaltites lacus	14
			Asse-	

Afferoth	93	Calveria mons	35
Astharoth	67	Campeſtria Moab	
Azorus	54		79
B.		Cana Galilææ	87
Baal berith	49	Cana major	23
Baſan	66	Canaan, eſt nomē	
Belus fluvius	21	Terræ S.	3
Berſaba	82	Capernaum	78
Befor torrens	82	Carmel M. 58 & 62	
Bethalia	86	Carmelitæ	58
Bethabaram	79	Carnea ſeu Aſtha-	
Bethaven	48	roth	67
Bethel mons	48	Cedron torrens	39
Bethel urbs	28	Cifon torrens	85
Bethlehem	63	Corazim	68
Bethphage	26	D.	
Bethſaida	67. 87	Damaſcus 7. & 67	
Bethſan	72	Dan fons	10
Bethſech	73	Dan mons	48
Bofra	65	Dan urbs	77
Bezeta mons	35	Daroma	61
C.		Decapolis	84
Cades Barne	8	Deſert Pharan	8
Cale	7	Deſert Capern.	75
Cafarea Palæſt.	72	Deſert, Tr. Judæ	61
		Deſert.	

INDEX RERUM. 103

Desert. Mahan 54	Galaad mons 65
Desert. Maon 61	Galgale 29
Divis T. S. 6 & 19	Galilæa dupl. 56
Dothan 86	Galilæum mare 13
E.	Gariqim mons 49
Ebal mons 49	Gaulon 65
Ecron 44	Gaza 83
Edom 94	Gehennoo val. 39
Eleutherus fluv. 21	Gelboë montes 58
Emahus 64	Genezareth stag: 13
Emath 76	Gerara 82
Endor 59	Gergesa 69
Engaddi hor. 15	Geth 43
Ennon 73	Geth opher 43
Enoch urbs 22	Gibeon, vid. Gab.
Saltus Ephraim 55	Gomorraha 15
Ephron 52	Gosen 88
Etham 90	H.
F.	Hachila 61
Fertilitas T. S. 9	Hebal mons 49
Sreyßtädt 41	Hebron 91
G.	Hermō mōs 58. 65
Gabaa 27	Herodes Ascal. 32
Gabaon 28	Heroum urbs 89
Gadara lacus 69	Hierusalem 29
	Hoba


Hoba	70	Lustgräber	92
Hor. mons	93	Lunæ civitas,	
Hortorum-fluv.	75	seu Jericho	27
I.		M.	
Jabes Galaad	69	Macherus	79
Jabock torr.	53. 54	Machmas	52
Idumæa	94	Magdalum	86
Jericho	26	Mahanaim des.	54
Jezrael	73	Mambre	62
Incolæ prisce. T. S.	4	Mansiones in de-	
Jonas	22	ferto	90
Joppe	45	Mare Galilææ	13
Jordanis fluv.	10	Mare Magnum,	
Josephi sepulch.	51	f. Mediteran.	
Itinerariū Israëli-		f. Occidental.	17
tarum ex Æg.	88	Mare Mortuum	14
Judæa	5	Mare Rubrum, f.	
K.		Mar di Mecca	18
Kariathjarim	44	aqvæ Maron seu	
Kedar	68	Meron	12
L.		Maspha	55
Lais	77	Mellis vorago	34
Lat. & Long. T. S.	8	Meridionalis tor-	
de Levitis	40	rens	81
Libanus	74	Mesopotamia	7
Libani turris	70	Campe-	

2	Campeſtria Mo-	Philadelp. urbs	54
	ab. 79	Philiftæa } 46	
7	Mons Morija	Philiftæi }	
	36	Prophetarum	
	Mons Chriſti		
	75	mons	73
	N.		
2	Naid	Ptolemais	25
	59	R.	
6	Nathinæi	Rabba	54
	28	Ramatha	52
4	Nazareth	Rameſſa	90
	85	Ramor Galaad	54
2	Nebo, mons	Raphidim	91
	80	Rethma	93
	Nephtalim	Rhinocurura	81
	77	Rofa Hieroch.	27
0	Nili oſtia	Rubrum mare	18. 91
	89	S.	
3	Nobe	Salem	81
	28	Saltus Ephraim	55
	Nomina, Ter. S. 3	Sanctum Sanct.	38
	O.	Samaria	51
	Odollam ſpel. 61	Samagon. lacus	12
	P.	Sarepta	22
	Palmarum civ. 27	Saraceni	81
	Palæſtina, nomen	Sarta	79
	Terræ S. 3		
	Palæſtina tripl. 8		
	Paradiſus 98		
	Pella 70		
	Phœnicia 21		
	Phiala 11		
	Phieroth 90		

Schilke

Schilffmeer	19	Templū Hier.	32.37
Schytopolis	72	Temp. Manass	49
Scriptores T. S.	1.2	Thabor	85
Segor	15	Thamna	43
Seir mons	66	Thara	93
Sichem	52	Thesbe	55
Siddim Vallis	14	Thersa	73
Sidon	24	Tiberias	87
Sijon mons	33	Tiberiadie mar.	13
Silo	48	Turris David	34
Simsonis Patria	43	Turris Libani	70
Sinai mons	91	Turris Siloha	34
Sinus Arabicus	18	Turris Strat.	72
Sochoth	90	Tyrus	23
Sodoma	15	V.	
Soreck	43	Vallis Siddim	14
Spelunca Loth	62	Vallis Raphaim	28
Suna	59	Val. Tyropeton	34
Sur montes	88	Val. Josaphat	39
Syria	6. & 7	Urbes refugii	41
Syria Phoenicis	7	Z.	
T.		Zebrim	15
Tamnath Hares	53	Zin desert.	9
Tanais	89	Ziph desert.	61

Tantum, per DEI gratiam.




GEOGRA

Nos plura ex sacris n
 quod locus in Orient
 fluviis tellure diluvi
 modum immutatâ, n
 quam certi, quod a

12. Chaldæi נַרְתָּה
 f. גְּנִיסָר, undè Gene
ad loc. diff. Num. c. 13.
 tus, & שְׂרִים princi
 tum principum.

13. Tecta Palæstine
 & transversis trabi
 tur, cujusmodi exst
 monis templo conti
 telligitur, quid sit, I
ambulabat in tecto. I
debant tectum, & per
Matth. X. 27. Prædi
Matth. XXIV. 17. &
descendat.

14. Modus accum
 iste erat. Poneba
 mensa rotunda, eac
 figuram animalis a
 bus. Mensam cin



99
 m
 us
 in
 c-
 ג,
 sus
 or-
 or-
 at;
 an-
 lo-
 in-
 vid-
 en-
 nt-
 ..
 on-
 m,
 lo-
 us
 ti-
 ai
 nec